Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Michael Siricius

Praeconis Poenitentiae Liber Unus Ad Excutiendum Carnalis Securitatis Somnum Lethalem Ad Lapsorum Poenitentium Solatium Exhibitus

Rostochii: Typis Richelianis, 1682

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0001
DFG

F. g - 3764.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0002
DFG

PRÆCONIS POENITENTIÆ
LIBER UNUS
AD EXCUTIENDUM CARNALIS SECURITATIS SOMNUM LETHALEM
AD
LAPSORUM POENITENTIUM SOLATIUM
EXHIBITUS
à

MICHAELE SIRICIO,
S. S. Theol. D. & PROFESSORE, DUCALIS CONSIST. Assessore, nec-non DISTRICTUS ROSTOCHIENSIS SUPERINTENDENTE.

Rostochii, Anno 1682. Typis RICHELIANIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0003
DFG

TIBI, O JESU,
QVI ES UNICA SPEI MEÆ ANCHORA, IN QVO PRINCIPIUM ET FINIS ACTIONUM MEARUM OMNIUM,
EX INTIMIS CORDIS MEI PENETRALIBUS
HOSCE MEOS OFFERO ET CONSECRO LABORES, IN FIDE VERA
PETENS à TE FELICEM EORUM AD MULTARUM ANIMARUM SALUTEM SUCCESSUM,
QVICUM PATRE ET SPIRITU TUO SANCTO
UNICUS ES ET VERUS DEUS BENEDICTUS IN SECULA AMEN.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0004
DFG

In nomine Jesu!

CAPUT PRIMUM.

Occasio scriptionis fuit ex morbo vehementiori impedimentum officii publici: consideratio pertinaciæ peccandi in qvibusdã observatæ, & spes residua secuturæ emendationis. Intentio est, ut persuadeatur pœnitentia vera & sincera. Proponitur misericordia Dei ingens vocantis et-

iam contumaces contemptores: & justitia punientis impios ad aliorum cautelam, qvibus ex longanimitate sua parcit Deus, cum nihil sint meliores illis qvos severitate judicii sui opprimit. Est proinde agnoscenda hæc Dei longanimitas ad nostram conversionẽ. Contemptus longanimitatis divinæ, est causa interitus. Responsio ad vanam fiduciam, qvam ponunt peccatores in misericordia Dei:

Dei : qva ostenditur prodesse illam pœnitentibus non autem pertinaciter perseverantibus in peccatis suis. Monitio de triplici vero & salutari misericordiæ vel benignitatis divinæ usu.

MOrbus vehementior lecto me ferè per totum diem affixum tenens, vivam in publico *Ecclesiæ* cœtu vocem impedit, ita ut officii mei partes prout decet, obire non valeam. Ea qvoqve, proh dolor! *fuit quorundam auditorũ* obstinata mens & opinio, ut, qvæ nomine DEI ad emendationem vitæ proposui sæpius, frustra dixisse jure conqveri possim. Expertus sic sum, de qvo passim testatur inscriptis *Prophetarum* & *Apostolo-*

Gen. 6. v. 3. Es. 28. v. 10. c. 47. 20. c 53. v. 1. 3e. rem. 5. v. 3. 13. 21. Cap. 6. v. 10. c. 7. v. 28. c. 8. v. 5. c. 25. v. 3.

Gregorius M. libr. 12. Expoſit Moral. in Job. c. 4. p. m. 404.

Proſper in ſent. Auguſt. Tom. 3. Auguſtin p. m. 381.

poſtolorum DEUS, & qvod à Gregorio M. aliqvando dictum eſt: *Apud corda prævorum juſti prædicatio deſpecta cunctis q. viribus effæta creditur.* Nec ſic tamen omnis apud me de correctione vitæ ſecuturæ ſpes evaneſcit. *Non eſt*, inqvit Proſper, *deſperandum de malis, ſed pro ipſis ut boni fiant ſupplicandum eſt; Quia numerus ſanctorum ſemper eſt de numero auctus impiorum. Qui hodie hædi; eras oves eſſe poſſunt; qui hodie Zizania, cras triticum eſſe poſſunt.* Hæc qvoqve me movet cauſſa, ut, qvod vivâ præſtare voce non licet, ægrâ jam manu facere coner, perſvadere ſcilicet *vobis, ô Auditores dilecti*, ut abdicatâ vitæ impuritate per veram ad verum & vivum DEUM convertamini pœnitentiam. Expendite qvæſo flammantia *miſericordiæ divinæ* erga vos viſcera. Sæpius licet contumaci DEUM deſerueritis corde, tam gratioſus tamen eſt, ut erectâ vos vocet manu; In aliis exhibens iræ ſuæ juſtæ in vindicandâ

candâ impietate exempla per repentinum excidium, *vobis* tamen in hunc usqve pepercit diem. *Dicite mihi*, qva parte meliores sitis illis, qvi repentinâ in peccatis suis abrepti morte ad barathrum infernale detrusi sunt. Si absq; fuco rem expenderitis, fateri oportet, ex vobis esse plures illis longe pejores. Admiremini ergo insignem erga *vos* longanimitatem DEI, memineritis autem simul, *eâ vos vocari ad pœnitentiam*. Egregia hæc sunt *Chrysostomi* verba. *Cogitemus* qvæ *sit patientia DEI, quod cum omnia ista videat, nulla desuper in nos fulmina mittat. Atqui non solùm fulminibus digna sunt quæ facimus, sed longè pejoribus. Verum neque hoc facit, neque maris undas nobis inmittit, neque terram debiscere jubet, nec solem exstinguit, nec solem unà cum stellis suis deturbat terræq; miscet: sed universam creaturam in suo patitur ordine consistere, nobisq; indignis servire. His igitur perpensis magnitudinem Divinæ bonitatis*

Rom. 2. v. 4. Chrysost. in morali exhortat. post sermon. XI. in epist. ad Rom. p. m. 120.

ſtupeàmus & admiremur, atque ad propriam & genuinam nobilitatem revertamur. Hæc Chryſoſtom. *Felices vos*, ſi deprædicatam hanc DEI erga vos longanimitatem admittitis vitæ veſtræ ad ſtudium boni magiſtram: *Infelices* autem, ſi nec eâ attrahi velitis ad pœnitentiam, in qvos proinde qvadrabit veriſſimum *Chriſti* dictum: *Omnes ſimiliter peribitis.* *Neceſſe eſt*, inqvit Gregorius M. *ut cum nos diutius exſpectari conſpicimus, ipſa prærogatæ pietatis tempora, quaſi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia judicis creſcat ſupplicium peccatoris, & unde quisq; eripi à morte poterat, inde gravius ad mortem tendat.* Hæc ille. Fruſtra eſtis & vos miſerè decipitis, ſi benignitatem *Dei & vobis* in peccatis perſeverantibus parcituram eſſe confiditis. Benignus *Deus* eſt, ſed per pœnitentiam ad eum confugientibus: Idem ſuam cœlitus *revelat iram adverſus omnem hominum impietatem & injuſtitiam, detinentium veritatem*

Luc. 13. v. 3.

Gregorius M. libr. 17. Expoſit. Moral. in Job. c. 4. p. m. 561.

Rom. 1. v. 18.

tem

tem in injustitiâ dicente Apostolo. Quàm grave autem, ah! quàm grave est in vindices Dei incidere manus! Hebr. 10. v. 31.

Nota vobis sunt exempla *mundi antidiluviani, Sodomorum, Pharaonis, Sannacharibi, Nebucadnezaris, Balthasaris, Judæorũ*, qvi magnâ suâ experti sunt clade nõ tantũ esse benignum DEUM sed & justum. Bene *Cyprianus: Aliorum mors proficiat ad salutem nostram, impudentium pœna prudentibus conferat sanitatem. Isidorus Pelusiota ait: Divina & immortalis natura omnia suppliciorum exempla improbis jure ac meritò invecta, literarum sacrarum monumentis, emendationis nostræ causâ, consignavit, ut ejusdem pœnæ metu ab iisdem flagitiis deterreamur ἵνα τῷ φόβῳ τῆς ἴσης κολάσεως φεύγωμεν τὴν κοινωνίαν τῆς πράξεως.* Qvi benignitatem DEI suis qvoqve profuturam sceleribus persuasum habent, similes mihi videntur illis, qvi pontem positis ante oculos perspicillis ingrossantibus transituri sunt; Major illis enim ita apparet

Cyprianus in libr. de Zelo & livore p. m. 324. Isidor. Pelusiota lib. 1. epist. 467: ad Isidor. Diaconum p. m. 98.

ret pons qvàm reverà est: fit itaq; ut pedem posituri inponte ponant in aere, & de ponte eum vitæ periculo labantur inaqvas. Est omnino salutis humanæ pons benignitas DEI, per qvam unica in cœlum via est. Amplus uti est pœnitentibus, ita contumaciter peccantibus perangustus, imò nullus. Perspicillis qvi judicant ingrossantibus flagitiosi, hoc reportabunt ex vanâ fiduciâ mercedis, ut in æternæ damnationis barathrum suâ labantur culpâ. Qvem qvæso dabitis piorum comminationibus pœnarum humanarum & illecebris voluptatum tentatum ad peccata, circa flagitia, de misericordia DEI præsumentem? *Josephum* nostis tam longè abfuisse à vanâ hâc fiduciæ persuasione, ut gravissimam maluerit incurrere *Dominæ* indignationem & reliqva qvæ secutura provìdere poterat mala, qvàm circa peccatum, ad qvod tentabatur, de *Divinâ* frustra præsumere misericordiâ. Idem animus fuit *tribus*

pueris

pueris in caminum ignis, & *Danieli* in cavernam leonum conjiciendis: Et *qui vos* estis, ut in peccato etiam de longanimitate DEI præsumere audeatis? *Agite* autem, patienter *me* Doctorem vestrum audite, & ostendam vobis verum & salutarem benignitatis divinæ usum. Triplex hic est, 1. in facili & benignâ lapsorum pœnitentium receptione. 2. In condonatione criminum multorum magnorumq; gratiosâ. 3. In admissione eorum etiam qvi actâ pœnitentiâ sæpius ad eadem redierunt peccata, & tamen de benignitate DEI certi esse possunt, modò pœnitentia sincera sit & absq; simulatione.

CAPUT SECUNDUM.

Primus salutaris usus misericordiæ & benignitatis divinæ est in facili & benignâ lapso-

rum pœnitentium receptione. Notantur Hæretici lapsis pœnitentiam denegantes. Montanus, ad cujus sectam postqvam defecit Tertulianus, durior qvoqve est lapsis pœnitentibus. Tangitur mos lapsos restituendi Ecclesiæ communioni per martyres, qvem carpit Tertullianus. Novatiani, auctoribus Novato & Novatiano, qvi à qvibusdam imperitè confunduntnr, cum qvi-

qvibus in relatione historica consensum suum non dissimulat Socrates. Historia Acesii Novatiani colloqventis de hoc dogmate cum Imperatore Constantino, Novatiani progressu temporis augebant suum errorem, Novatianos secuti sunt Meletiani, Qvartadecimani, Apostolici & Luciferiani.

QVod primum attinet, fuit qvorundam erga lapsos dura & severa hæc inclementia, ut pœnitentiam illis dandam esse negarint. *Montani* antiqvi Hæretici do-

dogma fuit, pœnitentiam lapsis ac præsertim mœchis & fornicatoribus dandam non esse. *Tertullianus* etiam in Hæresin lapsus *Montanistarum*, exagitat *Zepherinum Episcopum Romanum*, qvod pœnitentiam adulteris & fornicatoribus proposuerit, addens, *hanc pœnitentiam non in Ecclesiâ Christi, quæ virgo sit*, proponendam, *sed in ipsis libidinum januis, sub ipsis libidinum titulis promulgandam fuisse.* Mos fuit antiqvæ *Ecclesiæ* temporibus, ut lapsi & pacem Ecclesiæ non habentes per *Martyres* & *Confessores* multis exoratos precibus communioni restituerentur, datis in hunc finem à *Confessoribus* & *Martyribus* ad *Episcopos* & *Presbyteros* epistolis. Qvò pertinent hæc *Tertulliani* verba: *Quam pacem quidam in Ecclesia non habentes à Martyribus in carcere exorare consveverunt.* B. *Rhenanus* ad hæc *Tertulliani* verba, sequentia annotat. *Alludit ad consuetudinem ejus temporis, quæ etiam ætate Cypriani in usu fuit, quemadmo-*

Tertullian. lib. de pudicit. cap. 1. p. m. 742.

Tertullian. in libr. ad Martyr. p. m. 466

B Rhenanus ad Tertullian. p. m. 459

modum ex ejus viri scriptis colligitur. Siquidem lapsi, id est, qui sacrificaverant idolis aut necessitatem sacrificandi pecuniâ apud Magistratum redemerant, acceptâ securitatis syngraphâ, quò reciperentur in Ecclesiam, ante confessionem exomologesingæ & pœnitentiam, ante impositionem manus Episcopi & Cleri, solebant à Martyribus & Confessoribus in carcere constitutis libellum extorquere deprecatorium per quem in Ecclesiam recipi juberentur. Hæc aliaq; *Rhenanus* loco citato. Formulam libelli istiusmodi communicatorii lapsis dati placet hîc ex operibus *Cypriani* adscribere. Sic autem habet; *Universi Confessores Cypriano Papæ salutem. Scias nos universis, de quibus apud te ratio constiterit, quid post commissum egerint, dedisse pacem, & hanc formam per te & aliis Episcopis innotescere voluimus. Optamus te cum S. Martyribus pacem habere. Præsente de Clero & exorcista & Lectore Lucianus scripsit.* Tangit hunc morem qvoqve in libro

Inter Epistolas Cypriani XVII. p. m. 37. Confer. epist. 15. ad Presbyteros & Diaconos fratres p. m. 31. Ep. 14. ad eos de p. m. 32. & epist. 23. ad Clerum Romanū p. m. 44.

bro de pudicitiâ. *Tertullianus* ex spiritu *Montani* improbans mœchis & fornicatoribus ita qvoqve datam esse pœnitentiam: *At tu*, inqvit, *ad Martyres tuos effundis hanc potestatem, ut quisq; ex confessione vincula induit adhuc mollia, in novo custodiæ nomine, statim ambiunt mœchi, statim adeunt fornicatores, jam preces circumsonant, jam lachrymæ circumstagnant maculati cujusq;, nec ulli magis aditum carceris redimunt, quam qui Ecclesiam perdiderunt.* Item: *alii ad metalla confugiunt & inde communicatores revertuntur.* *Novatianos*, circa annum *Christi* 250. Eceleſiam *Christi* infelici ſchiſmate turbantes damnat articulus 12. A. C. eò qvod noluerint abſolvere lapſos poſt Baptiſmum redeuntes ad pœnitentiam B. noſter *Chemnitius* ait: *Novatiani conversis post lapsum non simpliciter negabant remissionem peccatorum, sed jubebant illos bene quidem sperare, non tamen certò statuere vel posse vel debere peccata sibi remitti. Ita enim*

Tertullian. in libr. de pudicit. cap. 22. p.m.768

Chemn. part: 1. ex C.T. p.m.308.

in

in Tripartita libr. 9. error ipsorum describitur: esse quidem lapsos invitandos ad pœnitentiam, remissionem verò Dei potestati relinquendam. Ita etiam Ambrosius de pœnit. l. 1. c. 2. Novatiani dicunt, se soli Deo remittendorum criminum potestatem reservare: Sed Christus mandavit discipulis solvere peccata. Acerbum hoc & crudele dogma *Novatianus* creatus à tribus *Italiæ Episcopis*, hominibus indoctis & *imperitis*, *Pseudo Episcopus Romanus* per literas omnibus totius Christiani orbis *Ecclesiis* persuadere conatus est, *Cornelio* vero *Episcopo* scribente contrarium, spem veniæ supereſſe illis qvi post *Baptismum* peccassent. Legi potest hac de re *Socrates*, qvi tamen ex communi Græcorum errore *Novatum* cum *Novatiano* confundit, cum ille *Carthaginensis* Hic *Romanus* fuerit Presbyter, suam qvoqve cum dogmate *Novatiano* non dissimulans consensum. Non enim tantum *Novatiani* sententiam vocat ἀκριβῆ κανόνα, sed postea etiam

iam subjungit: *Cum itaq; contraria scriberent (Cornelius & Novatianus) & uterq;, quæ dicebat, & divinis literis confirmaret, unusquisq;, ut sit, ad quam opinionem jam ante propensior erat, ad eam se contulit: quicunq; enim peccatis dediti erant ὅσοι γὰρ φιλαμαρτήμονες ἦσαν, indulgentiam quæ tum concedebatur arripientes, eâ sequenti etiam tempore ad omne peccatum usi sunt: Phryges contra & Paphlagones ideo Novatiani sententiam complexi sunt, quod eæ gentes cæteris gentibus σωφρονέστεραι temperantiores existerent &c.* Videatur ipse Socrates. Qvi & refert alibi de *Acesio Novatiano ad Imperatorem Constantinum M.* dicente: *Communicatione divinorum Mysteriorum dignos habendos non esse, qui post Baptismatis, peccatum quod divinæ scripturæ peccatum ad mortem vocant, peccassent* (NB. vocabat autem *Novatianus* abnegationem *Christi*, peccatum in *Spiritum S.* propterea q; irremissibile, imo nullum aliud peccatum in *Spiritum S.* esse qvam istud

Socrates libr. 4 Hist. Ecclesiast. cap. 28. p. m. 360.

libr. 1. Hist. Eccles. c. 10. p. m. 278

istud dicebat, uti apud *Hieronym.* videre est) *sed ad pœnitentiam quidem admonendos, spem verò remissionis non à Sacerdotibus sed ab ipso DEO exspectandam, qui & possit & potestatem habeat remittere peccata, ad quæ subjnuxit Imperator: Pone ergo scalam Aceſi, & solus adscende in cœlum.* Qvanqvam autem ab initio ortus sui voluerit hæc *Hæresis*, qvod abnegantes *Christum* tempore persecutionis, & idolis sacrificantes, non possint certam veniæ & remissionis peccatorum habere spem, constat tamen, eos postea etiam illis, qvi post *Baptismum* & *Regenerationem* in alia gravia erant lapsi crimina, denegasse pœnitentiam. Hinc apud *Socratem Atticus Episcopus Constantinopolitanus Novatianis* non infensus, inter Novatum & Novatianos distinguit, & *Asclepiadi Novatianorum* per qvinqvaginta annos *Episcopo* dixit: *Ego Novatum laudo, Novatianos verò non probo. Sermonem hunccum admiraretur Asclepiades, pergebat Atticus:*

Hieronym. Tom. 3. Op: epist: epist. ad Marcellam. p. m. 141.

illum quidem ob id laudo, quod cum iis, qui sacrificaverant, communicare noluerit. Nam hoc ipsum & ego feci. Novatianos vero non laudo, quod propter leves lapsus Laicos à communione excludant. Cui Asclepiades respondit. Præter peccata sacrificiorum sunt & alia multa peccata ad mortem secundum scripturas, propter quæ vos quidem Clericos, nos verò & Laicos excommunicamus, & Deo soli remissionem illorum tribuimus. Hæc Socrates. Horũ impietate progressu temporis ab orco qvasi revocarunt, vel certè novis flabellis resuscitarunt *Meletiani*, *Quartadecimani*, *Apostolici*, *Luciferiani*, quanquam Hi posteriores restrictius Clericis saltem & Episcopis post gradum assumptum lapsis salutis spem omnem præcluserint qvæ sunt verba B. nostri Hütteri.

Socrates libr. 7. Histor. Eccles. cap. 25. p. m. 406.

Hütterus in ἐξετάσει ἐλεγχικῇ errorũ veterũ & recentiorum de pœnit. §. 5. & 6.

CAPUT TERTIUM.

Immunitas Ecclesiarum nostrarum ab hoc Novatia-

tiano dogmate, ex qvo seqvi ostenditur desperationem & præcipitium in peccata majus. Refutatur dogma Novatianũ dictis scripturæ Es. 65. v. 2. seq. Ezech. 18. v. 21. Ezech. 33. v. 11. Mich. 7. v. 18, 19. Matth. 3. v. 1, 2. Matth. 4. v. 17. Act. 2. v. 38. Occurritur exceptioni Novatianæ de qværenda remissione peccatorum apud DEUM tantum, non autem apud homines. Ostenditur, Deum ex insigni

ſua miſericordia dediſſe hominibus hanc poteſtatem ex 2 Cor. 5. v. 18, 19, 20. Matth. 16. v. 19. Matth. 18. v. 18. Joh. 20. v. 21. ſeq. 1. Cor. 5. v. 6 ſeq. Subjungitur Theſeos ſatis roboratæ ex fundamentis Scripturæ illuſtratio ulterior ex ſententiis Cypriani & Petri Bleſenſis.

Dicite mihi, an talia, tam horrenda, tam aſpera ex ore noſtro audiveritis unqvam: Hoc ſi noſtrum fuiſſet præconium, penes nos veſtræ impœnitentiæ & incorrigibilitatis foret culpa, cum fieri aliter

aliter non possit, qvam ut negatione pœnitentiæ & remissionis peccatorum desperent lapsi, & subinde absqve spe veniæ in majora incidant crimina. *Basilij* hæc verba sunt: *Quæ ab adversariis inducitur spei amputatio, eum qui semel lapsus est, unà cum peccatis in angustias redigi ac concludi impellit* Hæc ille. Legi qvoqve meretur in insigni suâ ad *Theodorum* lapsum epistola *Chrysostomus*. Placet unum vel alterum annotare locum: *Susceptâ* inqvit, *semel desperatione, continuo deprimimur pondere & omissâ catenâ illâ (spei) delabimur in ultima malorum.* *Idem* in eadem epistola ita pergit. *Nam à nobis spem omnem abjicere, non solum id mali habet, quod ejus civitatis portas nobis intercludit, aut quod in pejorem ignaviam trahit atque contemptum: Aliud habet facile pessimum: intrudit enim in socordiam, cujusmodi est ipsi Satanæ. Etenim Diabolus ex nullâ re tantus evasit atque in primâ desperatione, unde in socordiam ceu per*

Basilius Tom. 1. in Concione de Pœnit. p. m. 261

Chrysost T. 5. epist. 5. ad Theodorum lapsum p. m. 981. 1002. 1003.

gradus delapsus est. Ut primum enim anima de consequenda salute dubitat, non sentit amplius, quo periclitetur præcipitio, quodlibet faciendo dicendoq; contra salutem suam. Quemadmodũ furiâ correpti, deperditâ semel sanitate capitis, nihil verentur nihil eos pudet, intrepidè quidvis audent, in ignem, in mare, in præruptaeditaq; saxa impigrè convolant: in hunc modũ qui incuriæ se per desperationem permisere, deinceps sunt intolerabiles, per avia vitiorũ assiduè discursitant &c. Hactenus *Chrysost.* Qvibus operæ pretium est subjungere egregium monitum *Agelidi Novatiano* datum aliqvando ab *Isidoro Pelusiota*, qvod ita habet: *Si ea in te prænotio est, ut quæ extremo judicio servantur, tibi explorata sint, non abs re ante judicium homines condemnas, ut qui inani opinione tuâ, quid in pectoribus conditum sit, compertum habeas. Sin autem naturæ libenter peccantis, ut homo, pars quædam es,* εἰ δὲ καὶ σὺ τῆς φυλαμαρτήμενος φύσεος, ὡς ἄνθρω-

πος

πῶς ὑπάρχειν τὴς μοῖρας, atque ad examen omnino venturum te esse exspectas, ut vitæ rationes à te exigantur, Dei judicium ne præripe, μὴ προάρπαζε τὸ κρίσιν τοῦ Θεοῦ, atque id potius stude, ut eos, qui peccant, ad pœnitentiam voces quàm ut ad desperationem impellas. Hæc apud *Isidorum*. Hæc mea semper fuit, adhuc qvoqve per DEI gratiam est, & assistente DEO perpetuò ad mortem usq; erit intentio, ut potius omnes qvi peccant ad pœnitentiam vocem, qvam ut unum negatione pœnitentiæ ad desperationem impellam. Apud Esaiam benigna hæc DEI vocantis peccatores inveniuntur verba: *Expandi manus meas totâ die ad populum incredulum* (desertorem,) *qui graditur in viâ non bonâ post cogitationes suas. Populum qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper: qui immolant in hortis & sacrificant super lateres &c.* Apud *Jeremiam* hæc Prophetæ in mandatis dat *Dominus: Vade & clama sermones istos contra*

Isidorus Pelusiôta epist. 339. ad Angelidem Novatianum p. m 74.

Esai. 65. v. 2 seq.

Jerem. 3. v. 12, 13, 14. seq.

Aquilonem & dices, revertere tu aversatrix Israel, ait Dominus: & non avertam faciem meam à vobis: quia sanctus beneficus ego sum, ait Dominus, nec observo iram perpetuo. Modò agnoscas impietatem tuam, quod in Dominum Deum tuum prævaricata sis & dispersèris vias tuas alienis, sub omni ligno frondoso, quodq; vocem meam non audiveris dicit Dominus. Revertimini filii vagi dicit Dominus & ego connubium vobiscum conciliabo &c. Apud *Ezechielem* benignus hic erga peccatores pœnitentes DEI exat sermo: *Si impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis* (inter qvæ, uti exantecedentibus videre est, numerantur, effusio sanguinis per latrocinia, pollutio uxoris proximi, rapinæ, idololatria) *quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea & fecerit judicium & justitiam: vitâ vivet, & non morietur. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor: in justitiâ suâ, quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis*

Ezech. 18. v. 21.

tatis meæ est, num desidero aut volo mortem impii dies Dominus DEUS? Annon magis ut se convertat à viis suis malis & vivat! Qvi & alibi ita pergit: *Vivo ego dicit Dominus DEUS, nolo mortem impii, sed ut convertatur impius à viâ suâ & vivat. Convertimini, convertimini de viis vestris malis, cur enim moriemini Domus Israel? Si dixero impio morte morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei:* Audiendus qvoqve est de hâc divinâ benignitate Propheta *Michæas. Quis*, exclamat ille, *similis tibi, ô DEUS! qui tollis iniquitatem, scelus transis reliquiis hæreditatis tuæ: Non retinet iram suam perpetuò, quoniam delectatur bonitate. Revertemur, & nostri miserebitur, subiget, (pedibus quasi conculcabit) iniquitates nostras, & dejicies in abyssum maris omnia peccata eorum.* In N. T. prima concio fuit vocatio peccatorum ad pœnitentiam: *In diebus enim illis venit Johannes Baptista prædicans in de-*

Ezech. 33. v. 11.

Mich. 7. v. 18. 19.

Matth. 3. v. 1, 2.

ſerto Judææ, & dicens, pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. Ipſe filius Dei Salvator noſter initium prædicationis ſuæ fecit à Præconio pœnitentiæ; Exinde namq; uti Matthæus habet, cœpit Jeſus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum cœlorum. Hæc qvoqve fuit concio Petri in Feſto Pentecoſtali: Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; veſtrum in nomine Jeſu Chriſti in remiſſionem peccatorum veſtrorum. Qvis lapſorum ex hiſce DEI verbis non concipiat ſpem certam impetrandæ apud DEUM veram pœnitentiam remiſſionis peccatorum? Exſpectavit, inqvit Gregorius M. omnipotens Deus, ut per ejus ſemitas pergerent impii, ſed utinam per eas reverti voluiſſent, ut vitæ itinera, quæ noluerunt per innocentiam, ſaltem per pœnitentiam tenerent. Quâ in re quanta ſint miſericordiæ viſcera Dei omnipotentis oſtenditur, qui eos, quos à ſe diſcedentes aſpicit, ut revertantur quærit. Unde poſt enumeratas culpas delinquen-

Matth. 4. v. 17.

Act. 2. v. 38.

Gregorius M. Tom. 1. libr. 16. expoſ. Moral. in Job. cap. 24. p. m 551, 552.

quentiũ Synagogam per vocem propheticam revocat dicens: *Ergo saltem àmodo voca me, Pater meus, Dux Virginitatis meæ tu es &c.* Aſt, *inquiunt*, Deo poteſtatem hanc competere lapſis remittendi peccata, cujus tamen certam ſpem illis homines facere non poſſint nec debeant, à qvibus etiam propterea non ſint abſolvendi. Num igitur, qvod *Conſtantini M.* ad *Aceſium Novatianum* dictum fuit, ſcalæ cœlo à lapſis admovendæ ſunt, ut ſic apud DEUM, qvæ apud homines illis denegata eſt, remiſſionem peccatorum conſeqvantur? Ingens abſurdum! DEUS enim dediſſe dicitur *Apoſtolis* eorumq; ſucceſſoribus *miniſterium reconciliationis*, poſuit qvoq; in illis *verbum reconciliationis*, qvi etiam *pro Chriſto legatione funguntur*, *Deo ipſo hortante per eos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo uti* habent *S. Apoſtoli Pauli* verba. S. Apoſtolo *Petro* nomine omnium Apoſtolorum & ſucceſſorum à *Chriſto* dictum eſt: *Tibi dabo*

2. Cor. 5. v. 18, 19, 20.

Matth. 16, v. 19.

bo claves regni cœlorum. *Et quodcunq; ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: Et quodcunq; solveris super terram, erit solutum & in cœlis.* Qvæ verba & promiscuè omnibus in officio sancto constitutis dicta sunt à *Christo*. *Amen dico vobis, quæcunq; alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.* Post resurrectionem, potestatem hanc remittendi peccata illis iterum confirmasse legitur apud *Johannem*. *Dixit Jesus discipulis iterum: Pax vobis: Sicut misit me Pater & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflavit & dixit eis, accipite Spiritum S. Quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* *Prophetam Nathan Davidem* Regem adulterum & fraudulentum homicidam, à reatu qvo tenebatur, actâ pœnitentiâ absolvit: *Dominus* inqvit, *sustulit peccatum tuum*, non *morieris*. Non fornicarius tantum & adulter sed & incestuosus erat

Matth. 18. v. 18.

Joh. 20. v. 21. seq.

2. Sam. 12. v. 13.

qvem

qvem priori ad *Corinth.* epistolâ *S. Apostolus Paulus* propter stuprum nec inter gentes auditum decrevit tradere *Satanæ*, cui tamen ignovit cognitâ ejus pœnitentiâ. *Sufficit* inqvit, *ejusmodi homini increpatio hæc, qvæ facta est à pluribus: adeò ut è diverso magis condonare debeatis & consolari, ne qvomodo fiat, ut immodico dolore absorbeatur hujusmodi. Qvapropter obsecro vos, efficite, ut valeat in illum charitas &c.* *Cypriani* hæc sunt verba: *Cæterum qvoq; partem plebis, qvæ lapsa est, præsentia vestra fovete, & ut à fide & misericordia Domini non deficiant, vestro solatio focillitate, neque enim deserentur ab ope & auxilio Domini, qui mites & humiles & pœnitentiam verè agentes in bonis operibus perseveraverint, quò minus illis quoque divino remedio consulatur.* Item ibidem: *Implorantibus divinam gratiam misericordia Domini non denegetur.* Apud *Petrum Blesensem* in epistolâ qvâdam nomine *Archi-Episcopi Cantuarinsis*

1. *Corinth.* 5. v. 1. *seq.*

Cyprianus epist. 13. *ad Presbyteros & Diaconos fratres p. m.* 31.

Petrus Blesensis Epist. 88. *p. m.* 160.

sis ad Theobricensem Abbatem scriptâ hæc leguntur: *Si deliquit Monachus tuus, humanum est delinquere, sed inhumanum atque Diabolicum est nec à peccato recedere, nec pœnitenti misericordiam indulgere. Culpa est, totam prosequi culpam.* Hæc ille.

CAPUT QVARTUM.

Proponuntur & solvuntur argumenta Novatianorũ contraria. Primũ ex 1. Sam. 2. v. 25. est desumptũ. Notatur in solutione, omniũ peccatorum remissionem à DEO Scripturæ conformiter peti, solo excepto peccato ad mortem seu in Spiritum S. item interrogationis

sensum

sensum ibi esse non simpliciter negativum sed comparativum.
Secundum est desumptum ex Joel. 2. v. 12. Jon. 3. v. 9. cui triplex opponitur solutio.
Tertium est desumptm ex verbis S. Petri Apostoli ad Simonem Magum Act. 8. v. 20. In responsione notatur primò, particulam ἄρα non esse dubitantis sed asseverantis. 2. Admissâ dubitatione, monstratur eam referendā non ad DEI indulgentiam

tiam, sed ad veram & sinceram Simonis magi resipiscentiam. Qvartum est desumptum ex Epistola ad Hebræos cap. 12. v. 17. In responsione, ex Chrysostomo datur 1. distinctio inter lacrymas pœnitentiæ veras & lacrymas calumniæ. 2. Ex ipsa Scriptura ostenditur, pœnitentiã, de qva ibi sermo est, non esse de Esavi sed de Patris Isaaci intelligendã Pœnitentia. Qvintum est desumptum

ex

ex verbis Socratis, quibus incusatur doctrina orthodoxa, ac si inferret omnem peccandi licentiam. In responsione ostenditur, verum usum recipiendi lapsos per pœnitentiam esse non perseverantiam in peccatis, sed emendationem vitæ: qui usus dictis scripturæ & sententiis Patrum confirmatur.

AT inveniſſe viſi ſunt *Novatiani*, lapſis abſolutionem denegantes in ipſa *Scripturâ* huic ſuo dogmati conſentanea, quæ, cùm parum in hoc ſtudio exercitatis difficulta-

cultatem aliqvam habere videantur, eâ, qva potero, brevitate & perſpicuitate ſolvam. In primo *Samuelis* libro *Eli Sacerdos* filios ſuos neqvam, officio ſuo ſacerdotali abutentes ad neqvitiam, ita alloqvitur: *Si peccaverit homo in hominem, judices de eo judicant:* qvod ſi *quis contra Dominum peccat,* מִי יִתְפַּלֶּל־לוֹ *quis orabit, interpellabit pro eo?* unde ſeqvi videtur, peccatis gravibus immediatè contra Deum commiſſis ab hominibus certam abſolutionis & remiſſionis ſpem fieri non poſſe, cum nec ſit, qvi orare pro illis audeat. Aſt unicum nominatur in *Scriptura* peccatum, qvod ad mortem dicitur, non ſolùm qvia eſt mortale peccatum, ſed potiùs qvia propter voluntariam & malitioſam nec non cum blaſphemia & perſecutione conjunctam omnium ſalutis mediorum rejectionem ſatis ex verbo DEI edoctus homo æternæ mortis nexibus ita conſtrictus tenetur, ut ex illis, nulla ſit ſperanda libe-

1. Sam. 2, v. 25.

1. Joh. 5. v. 16.

liberatio, qvod est peccatum in *Spiritum S.* pro qvo ipse *Spiritus Sanctus* ait non esse orandum. Qvare enim pro illis, qvos in *Spiritum S.* irremissibiliter peccasse constat, *Spiritus* precum frustra ingemiscat? Reliqva omnia peccata qvot & qvantacunq; sint ad benignam condonationem piis DEO sunt commendanda precibus. Dicendum igitur, interrogationis, in loco allegato, sensum esse non simpliciter negativum sed comparativum hoc modo: Si homo hominem offendit, potest offensa per homines in judicio componi & à peccante vel offendente homine vel ejus mediatore expiari: Si vero in DEUM aliqvis peccaverit, non id ita, ut apud homines in judicio & extra illud fieri solet, humanis viribus expiari potest, sed tantùm *Christi* sanguine: adeoq; etiam nemo hominum potest pro eo intercedere tanqvam Mediator, qvi propriis viribus DEUM placare possit. Hic est simplex &

verus dicti sensus omnibus facilè obvius. Apud *Jöelem Prophetam* hæc habentur: *Nuncergo dicit Dominus: convertimini ad me in toto corde vestro, injejunio, & in fletu & in planctu. Et scindite corda vestra & non vestimenta* vestra, *& convertimini ad Dominũ Deũ vestrum:* qvia *benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ. & qui pœnitentia ducitur supra malo. Quis scit, sicõvertatur & ignoscat Deus.* Ipsos, *ajunt, Prophetas* immediatè actos *Spiritu Dei*, non potuisse auditoribus lapsis & pœnitentibus certam spem facere remissionis peccatorum: proinde multò minus ordinarios pastores certam veniæ spem per absolutionem illis promittere posse. Consonant verba *Ninivitarum* pœnitentium apud *Prophetam Jonam: Quis scit, si convertatur & ignoscat Deus, & revertatur à furore iræ suæ & non peribimus?* Resp. non agitur hisce locis de remissione culpæ, de qva propter deprædicatam DEI benignitatem, misericordi-

Joël. 2. v. 12. seq.

Jonæ 3. v. 9.

cordiam multam, & patientiam dubitare non potest *Propheta*, sed de remissione pœnæ temporalis. Id qvod perspicuum in loco *Joëlis* ex v. 17. ubi sacerdotes DEI itaorare jubentur *inter vestibulum & altare: Parce Domine*, parce *populotuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes, quare vel cur dicerent in populis, ubi est Zelus eorum.* Pœnitentes etiam *Ninivitæ* loqvuntur manifestè de aversione temporalis pœnæ vel interitus dicentes, *avertatur à furore iræ suæ & non peribimus.* Est qvoqve *Hebræis* hic mos, ut, qvæ valde affirmant, efferant per interrogationem: Sic, postqvam è Sodomâ ductu Angeli increati egressus erat *Lothus*, in consternatione constitutus, *Deum* ita exorat: *est civitas hic juxta, vel in vicinia, ad quam possum fugere, parva, & salvabor in ea: nunquid non parvulum, modicum est?* id est certè res exigua est, ut vivam, vel ibi in vita conservetur anima mea. *Gen. 18. v, 20.*

Josuæ 1. v. 9. Sic *Josuam* confortaturus DEUS ad bella *Domini* fortiter gerenda, eum ita compellat: *An non præcepi tibi: Sis robustus & fortis, ne formides neve animo frangaris*, id est, hoc est qvod tibi serio & severè præcepi. Addi etiam potest; particulas dubitandi sæpe esse notas bene sperantium uti in libro *Josuæ, primo Samuelis & Amoso* videre est. Josuæ 14 v. 12. 1. Sam. 14. v. 6. Amos 5. v. 15. Qvidni igitur & hæc phrasis, *Quis scit?* commodè inducat sensum affirmativum, cum voto bene sperantium hoc sensu? *Quia tam benignum & misericordem, ad quem in verâ pœnitentia confugimus, habemus Deum, non est, ut de ejus misericordiâ & ope diffidamus: Quin potius oportet nos optima quævis ab ejus clementia nobis promittere.* In *Actis Apostolorum* extat locus de *Simone Mago ab Apostolo Petro* asperis hisce & severis compellato verbis: *Resipisce* igitur *ab ista malitia tua, & roga Deum, si fortè ἀφεθήσεται remittitur tibi machinatio cordis tui.* Act. 8. v. 20. *Ipsum Petrum* dixerunt *Novatiani*

non

non potuisse resipiscenti & roganti DEUM certam facere spem remissionis, sed cum dubitatione dicere si *forte*. Resp. Particulam ἄρα non esse dubitantis, sed asseverantis & concludentis, vel etiam suppletivam particulam, ut proinde minus accuratè hæc particula reddatur per dubitativam *forte*. B. Dno. D. Glassio videtur ἄρα h. l. particulæ ἀ, cui adjungitur, illam vim addere, ut conjunctim sit idem ac ὄνως δή, ut *sane dimittantur tibi*. Qvod si autem omnino qvis velit hic esse dubitationem qvandam, referenda illa erit non ad DEI indulgentiam, sed ad *Simonis Magi* resipiscentiam, de qvâ *Petro* exigua erat spes reliqva, cum versu 23. in felle amaritudinis totus fuisse dicatur *Simon Magus*, qvem proinde *Petrus* ad exaggerandam peccati gravitatem & animum ejus mutandum, & instigandum, ut seriò de verâ pœnitentiâ cogitaret, tam severè per additam conditionalem adhortatur, cum aliàs officii

cii pastoralis sit, verè pœnitentibus remissionem & absolutionem impertiri citra conditionem & dubitationem ullam, qvæ *Arminij* in epistolâ qvâdam non rejicienda est interpretatio. A qvâ sententiâ non longè abit ex antiqvis *Ambrosius* dicens, locutum ita esse *S. Apostolum Petrum*, qvia *Simon Magus* non ex fide credebat, sed dolum cogitabat. Restat adhuc locus ex *epistolâ ad Hebræos*, ubi de *Esavo* scriptum est: *non enim reperit pœnitentiæ locum, quamvis cum lacrymis illam exquisivisset.* Ecce! *Esavus* pœnitentiam cum lacrymis qværens, frustra eam absq; effectu qvæsivit. Resp. Ex Antiqvis *Chrysostomus* ait: Lacrymas *Esavi non fuisse pœnitentiæ sed calumniæ magis & furoris.* Deinde ex Genesi 27. v. 37. constat, μετάνοιαν vel pœnitentiam, cujus locum non invenisse dicitur *Esavus*, non esse de *Esavi*, sed de *Patris Isaaci* intelligendam pœnitentiâ: Efficere namq; lacrymis suis non potuit *Esavus*, ut *Patrem*

Jacobus Arminius in epist. ad Joannē Uytenborgardum inter epist. præstantium ac eruditorum virorum Ecclesiasticas & Theologicas Amsterdami Anno 660. excusas p. m. 142. 143.

Hebr. 12. 17.

Ambros. Tom. 1. Op. libr. 2. de pœnit. cap. p. m. 169.

trem facti Pœniteret, & ut benedictionem *Jacobo* collatam revocaret: qvin potius nil motus *Esavi* lacrymis *pius parens* benedictionem *Jacobo* confirmavit dicens: *Benedixi ei & benedictus erit.* Breviter: distinguatur inter pœnitentiam admissi & pœnitentiam amissi. Non de illâ, sed de hac h. l. sermo est. Ex *Socrate* forsitan in animo *Lectoris accurati* qvia potuit remanere dubium, qvasi hujus sententiæ Orthodoxæ usus sit ad omnem peccandi licentiam, dico, abusum hunc esse non verum usum. *Scriptura* namq; remissionem peccatorum fieri ait peccatoribus lapsis non ut indulgentiam adepti securè iterum in peccatis pergant, sed ut timeant DEUM, ut à peccatis sibi imposterum caveant, ut ambulent etiam porro in præceptis DEI operibus bonis. Notentur seqventia *Spiritus S.* oracula. *Viam præceptorum tuorum curram, postquam in latitudinem eduxisti cor meum*, id est, cum me per

Chrysost. T. 5. homil. 41. ad pop. Antiochen. p. m. 303.

Ps. 119. v. 32.

absolutionem exhilaraveris, tũ facilè factis exprimam mandata tua. Item *apud te est clementia & propterea timeris.* B. noster Lutherus planè & perspicuè sensum ita reddidit: Denn bey dir ist die Vergebung/ daß man dich fürchte. *Derelinquat* inqvit *Propheta Esaias, impius viam suam, & quisq; iniquas cogitationes suas ac convertatur ad Dominum, & miserebitur ejus atque ad Deum nostrum, quoniam propensus est ad ignoscendum. Vobis,* inqvit ad Auditores *Petrus, primum Deus suscitans filium suum, misit eum benè dicentem verbis, ut convertat se unusquisq; à nequitiâ suâ. Basilii* M. verba sunt: *confirmamus autem & commendamus pœnitentiam,* NB. *non peccatum fratris promoventes (non enim ob spem pœnitentiæ peccatorem ad peccatum procedere volumus) sed lapsum erigere studemus. Apud Cyrillum* hæc leguntur: *si quis post susceptam pœnitentiam rursum eadem commiserit peccata, huic denuo beneficium absoluti-*

Ps. 130. v. 4.

Esaiæ 33. v. 7.

Act. 3. v. 26.

Basilius Tom. 1. in Concion. de pœnit. p. m. 261.

Apud Cyrill. libr. 5. in icta cap. 17. c. m. o. b.

onis

onis & remissionis peccatorum concedendum recusant. Esset enim, inquiunt, hæc facilis veniæ datio, quotiescunq; quis deliquerit, promptè oblata incentivum quoddam & occasio ad audentius atque libentius peccandum. Nempe facilitas veniæ incitat animum suapte naturâ ad mala propensum, ut fidentius peccet, cum post admissum scelus parata sit ad veniam via & aperta, quæ culpam diluat. Verum bi divinæ misericordiæ fontem uberrima suæ gratiæ fluenta nobis largissimè communicantem invidere videntur hominibus, & immensum certis velle concludere limitibus & finibus constringere, ut non nisi prima deleat peccata, aliis verò detendis aut non sufficiat, aut non admoveatur. Neq; satis perspiciunt, si constituta sit corpori humano medicina ita efficax & salutaris, ut quotiescunq; in morbum quis inciderit, eâ sumptâ protinus sanetur: si quis sponte morbum incurrit, ductus spe recuperandæ per medicinam sanitatis, quæ facit ut minùs ille sibi à morbo caveat: hujus

fre-

frequentes in morbum recidentiæ causſa non eſt medicina, ut quæ ordinata ſit duntaxat ad morbi expulſionem, ſed negligentia & pravitas hominis, eo, quod bonum eſt, ad malum abutentis, præter vel illius ordinem & naturam. Quod ſi quis contendat medicinam illam ſecundò ægrotanti minimè adhibendam eſſe, quin potius ſuſtollendam, ne anſa dare videatur hominibus licentius vivendi, quis hunc ſanum mente eſſe dixerit, aut æquo tulerit animo? Quis item hoc pacto rectè ſanitati humanæ conſultum iverit? Non aliter pœnitentia ad deletionis criminum præparationem à Deo ordinata eſt: ſi quis autem frequentem ejus ſuſceptionem materiam fecerit licentius peccandi, id ſua duntaxat improbitate facit, ex bono mali ſumens occaſionem & non ex ipſius pœnitentiæ naturâ aut ordinatione: inſtituta enim eſt ad abolenda peccata commiſſa, non ad futura perpetranda. Hæc apud Cyrill. l. c. Hoc fuit, *ô mei*, ut noſtis, de benignitate DEI in lapſis

pœni-

pœnitentibus recipiendis, vivum oris mei præconium: Hoc qvoqve ægrâ vobis manu in memoriam revoco, ut de peccatis non desperetis, sed actâ verâ pœnitentiâ consequamini, qvam certò & absqve dubitatione promittere audeo, omnium delictorum veniam.

CAPUT QVINTUM.

Benigna hæc & facilis lapsorum pœnitentium receptio non indigere dicitur impositione operum pœnalium. Papatus arcanū revelatur, per absolutionē factam cum impositione operum pœnalium sibi sumentis imperium non solùm in con-

conſcientias, ſed & in fortunam & corpora hominum. Notantur exempla Roberti Normanni, imperatorum etiam Regum & principum, (in qvos præcipuè hanc papa exercet Tyrannidem) videlicet Henrici Qvarti Imperatoris, Friderici Primi Imperatoris, Franciſci Dandati Venetorum Legati & Ducis, Henrici Secundi Regis Angliæ, Joannis itidem Regis Angliæ inſolentiſſimè à papâ tractato-

ctatorum & tam injurioſe, ut ſortem hanc miſeram etiam viliſſimo imponere mancipio indignum ſit.

QVam &, ut eò minus cunctemini, *Scripturæ* conformiter propono, ut certò impetrandam etiam abſq; impoſitione & præſtatione operum pœnalium & tyrannicorum, ſub qvorum reſpectu in *Papatu* notum eſt fieri abſolutionem. *Eſt Clericorum Papatus* hoc culinæ ſuæ utile arcanum, ita ut per abſolutionem nonſolùm in conſcientias, ſed & in ipſa corpora & fortunas ſibi ſumat imperium. Sic namq; ſolvunt homines peccatis qvæ confeſſi ſunt, ut intolerabilibus eos alligent pœnis, dentq; remiſſionem peccatorum eâ lege, ut corpus ſuperſtitioſâ afflictione macerent, utantur cilicio, aqvâ bibant, cibo utantur inuſitati generis

pere-

peregrinationem longinqvam obeant, certam pecuniæ ſummam in pios, ut loqvuntur, uſus impendant, ad carnem affligendam duriter cubent, fune etiam & catenâ ſub interulâ præcingantur, nudis incedant pedibus, ipſi etiam ſe virgis diverberent, vel etiam ad majorem infamiam aliis diverberandos ſubjiciant. Gallici annales *Nicolai Ægidij* ad annum 768 teſtantur, *Robertũ Normannũ* cognomento *Diabolum* has edidiſſe pœnitentias: ſilentium ei eſt indictum per ſeptem annos: pernoctatio ad ſcapum cochleæ, cibus verò oſſa rapta ex ore jejunæ canis. In *Reges* præcipuè *Papa* hanc ſibi ſumit licentiosè poteſtatem, ut in peccatum prolapſis veniam det & abſolutionem ſub conditionibus duris & aſperis redundantibus ſemper in *Regis Regniq;* opprobrium: nam aut nudis pedibus coguntur exſpectare per aliqvot dies *Papæ* indulgentiam, aut collum ſuum pedibus ignominioſis *Papæ* calcandum ſub-

ſubmittere, aut Regnum ſuum facere tributarium *Papæ* aut tergum ſuum flagris *Monachorum* cædendum ſubjicere. *Hildebrandus Papa* vel *Gregorius VII. Henricum IV. Imperatorem* ſupplicem nudis pedibus, referente *Lamberto Schafnaburgenſi*, jejunum à mane usq; ad veſperam in ſummo frigore absq; omni regio cultu & comitatu intra ſecundū murorūambitum, ante caſtellum, in qvo degebat *Papa*, ſtare & pœnitentiam præſtolari per triduum juſſit. Domnizo Poëtaſter tali id proſecutus eſt carmine:

Ante ſuam faciem conceſſit Papa venire
(nimirum poſtqvam ſupplex triduum ſteterat)
Regem cum plantis nudis à frigore captis
In cruce ſe jactans Papæ, ſæpiſſimè clamans
Parce beate Pater:

Qvanta & qvàm ſtupenda hæc fuit inſolentia *Papæ*, qvod *Papa Alexander III. Fridericum primum*

Imperatorem magnanimum non aliter receperit, qvàm calcato pedibus ejus collo, cujus historiæ veritas alibi latiùs asseritur! De *Francisco Dandato Venetorum* Legato & Duce *Sabellicus* indicat, eum cum collari canino sub mensâ Papæ repentem ossa legisse. *Henricus II. Rex Angliæ* ad conseqvendam apud *Pontificem* veniam id passus est, cujus hodie puderet qvemlibet privatum. Is namq́;, ut refert ad annum Christi 1170. *Matthæus Paris*, satisfaciens *Thomæ Archi-Episcopo Cantuariensi* bis de eqvo desiliit, bis frenum eqvi *Archi-Episcopalis* tenuit. Concisum etiam est virgis, qvod mecum miraberis *pie lector*, miseri *Regis* tergum cædente Monachorum mandra, qvorum alii qvinos ictus tergo infligebant. *Joanni Regi Angliæ* tyrannicis *Papæ* exactionibus infenso, postqvam à Papâ ex concilio *Cardinalium Episcoporum* & aliorum virorum abrogatum erat Regnum, non aliter venia & remissio peccatorum

torum à *Pandulpho Innocentii III.* legato indulta est, qvàm ut coronam suam traderet Legato in manus, & regna sua *Angliæ & Hiberniæ Papæ* dederet, & subjecta esse pateretur, & tanqvam de feudis *Ecclesiæ Romanæ*, homagiũ *Papæ* exhiberet, mille marcas argenti annuas penderet *Pontifici*, salvis insuper *denariis Petri*, qvi qvotannis pendebantur in capita. *Rex* qvoqve ad tam indignam servitutem depressus pactam pecuniam ipse ad *Legati Pontificii pedes* deposuit, qvã eam (*indignum & nefandum facinus!*) pedibus conculcavit, *Regem* ac *Regnum* innuens *Papæ* pedibus esse subjectum. Factum qvoqve fuit, ut *Rex* hâc tyrannide in maximã sit conjectus miseriam, ita ut mitiorem speraret fortunam, si se suaq; *Muhamedanis* traderet. Missis igitur legatis in *Mauritaniam* ad *Amiralium Murmelinum Mauritaniæ* & *Bætiæ* Regem, se suaq; omnia *Regi Muhamedano* offert, modò ope ejus â tyrannicâ *Papæ* servitu-

Johannes Major natione Scotus lib. 4. de gestis Scotorum c. 3. p. m. 55. 56. Molina.

te liberaretur. Qvod ubi renuit ille, durius adhuc cum misero actum est *Rege*, repetitum servitutis juramentum & diplomate sancitum, & pro mille marcis duodecim millia sunt extorta, qvæ omnia prolixius legi possunt apud *Matthæum Paris*, cum qvo conferri possunt *Johannes Major* natione Scotus, *Molinæus*, *Rivetus*, *Voëtius*, & alii historiæ Anglicanæ scriptores, qvos non vacat jam ob vires attenuatas evolvere. Horresco autem hæcce referens.

us de Potestate Temporali P. R. c. 5. p. m. 75. item in Hyperaspite l. 1. c. 20. p. m. 146. seq. Rivet. T. 3 in Jesuit. vapulante c. 17. p. m. 554. §. 4. Voëtius part. 4. disput. Theol. p. m. 263.

Caput Sextum.

In hâc Papatus doctrinâ magna est perversio articuli fundamentalis & necessarii de remissione peccatorum: nullibi in totâ V. & N. T. scripturâ legitur absolu-

solutio collata per istiusmodi opera pœnalia. Libido & neqvitia hominum nullibi reperitur vectigalis sacerdotibus. Crimen cum sit grave, spiritualia subjicere pretio auri & argenti, gravius longe est, gratiam DEI partam sanguine Christi vertere in cauponationem, cùm scriptura neget remissionem peccatorum obtingere per opera B. ex fide juxta legem facta: mul-

tò minus absolutio concedenda est ex operibus ἀγεφύρωις & verbo Dei contrariis, per qvæ Christo substituũtur animæ damna & diabolica inventa, & Evangelium planè immutatur in aliud, imo in contrarium Evangelium. Est qvoqve in hac operum pœnalium impositione jugũ libertati Christianæ contrarium. Id qvod ex dictis Scripturæ & Patrum confirmatur.

Qvan-

QVanta enim & qvàm ſtupenda hæc eſt articuli fundamentalis & neceſſarii de gratuitâ remiſſione peccatorum per fidem *Chriſti* depravatio! obteſtor ego *pium Lectorem*, revocet hæc legens ſibi in memoriam ea, qvæ ex *Scripturâ* V. & N. T. cognita habet oracula & exempla: Judicet ipſe, expendat prudenter, an ullum ibi appareat ſimile ſive dictum ſive factum de conferendâ vel collatâ abſolutione per iſtiusmodi opera pœnalia. Confidenter & verè dico, nunqvam eſſe facta talia à *Prophetis*, nunqvam ab *Apoſtolis*. Ingemuiſſe lego *ſanctos DEI viros* cum lacrymis copioſè effuſis peccatis *Auditorum*, non lego eos peccatis eorum acqviſiviſſe ſibi *Regna* & *divitias*. Libidinem & neqvitiam *Regum* & *Principum Davidis*, *Hiskiæ*, *Uſiæ* vectigalem fuiſſe *ſacerdotibus* nusqvam reperio. Eſt crimen grave, ſubjicere qvæ ſpiritualia ſunt pretio auri & argenti, gravius longe gratiam *Dei* pretioſo

Christi sanguine partam vertere per cauponationem plus qvam *Simoniacam* in mercaturam. Magna doctrinæ *Christianæ* depravatio semper habita est, *Evangelium* vertere in *legem* ejusq; opera. Major hæc est, vertere in opera istiusmodi pœnalia, divinitus non præcepta, sed Ethnica, superstitiosa, verboq; DEI contraria, & per ea promittere & conferre absolutionem à peccatis. *Paulus* opera sua juxta legem ex fide facta, in necessario & fundamentali hoc articulo habet ζημίαν magnum animæ damnum, in qvo sensu vox in *Actis* exstat *Apostolorum*, sicut etiam apud *Matthæum* ita usurpatur verbum ζημιόω, habet σκύβαλα & stercora, & qvid dicemus de operibus istiusmodi ἀνεφόφις humanitus inventis, verbo Dei contrariis, Ethnicis, Idololatricis? Ubi qvæso in *Scripturâ* monstrabunt *Scriptores Papatus* silentium superstitiosum, usum ciborum insolitorum, afflictionem corporis duram &

Act. 27. v. 10. *Matth. 16. v. 26.*

plus-

plusqvam Barbaricam, flagellationem corporis, peregrinationem religiosam & superstitiosam & similia? Annon hìc locum habet qvod apud *Matthæum* à Christo Salvatore nostrum dictum est? *Frustra me colunt docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominum*, cum qvo consentiunt alia multa *Mosis*, *Psalmistæ*, *& Prophetarum*, *Esaiæ*, *Jeremiæ*, *Ezechielis*, *Hoseæ*, *Zachariæ* & *Apostolorum* oracula. *Christianus* qvilibet simplex & Laicus, ut vocant, deprehendet, cum *Apostolus* in epist. ad *Colossenses* reprehendat illos, qvi corpori non parcunt, jubeat in epistolâ ad *Romanos* carnis habere curam, priori *ad Corinthios* & *Timotheum*, *manere in vocatione*, *suis & maximè domesticis providere*, *subjici & obedire omni Magistratui*, *Regibus & Principibus*, *eosq; honorare*, uti in epistolâ ad *Romanos* *Paulus* & priori suâ *Apostolus* *Petrus* hortatur, cum *Christianismo* non convenire superstitiosam corporis in ciborum & vini rejectio-

Matth. 15. *v.* 9. *Deut.* 12. *v.* 32. *Ps.* 17. *v.* 4. *Esai.* 58. *v.* 13. *Jerem.* 3. *v.* 12. *c.* 7. *v.* 24. *c.* 9. *v.* 14. *c.* 11. *v.* 8. *c* 13. *v.* 10. *c.* 16. *v.* 12. *Ezech.* 20. *v.* 16. *Hos.* 5. *v.* 11. *Zach.* 7. *v* 5, 6. *Tit.* 1. *v.* 14. *Col.* 2. *v.* 22. 23 *Rom.* 13. *v.* 14.

1. Cor. 7. v. 22. 1. Tim. 5. v. 8. Rom. 13. v. 1. seq 1. Pet. 2. v. 13, 14, 17.

ctione in jejuniis rigorosis nimium & insolitis, in rejectione medicinæ superstitiosâ, in fugâ somni necessarii, catenarum ad carnem & ossa usqve impressione onerosâ, expositione nudi corporis factâ hyemali & nocturno tempore frigori intolerabili, contusione oris, confractione dentium, afflictionem, peregrinationes inutiles, per qvas cura suorum maximè domesticorum abjicitur, Imperatorum, Regum & Principum opprobrium in calcando collo, abjectionem ad pedes, rejectionem canum instar sub mensam, flagellationem tergi & similia Antichristiana facinora. Testantur porro de *Christo* omnes *Prophetæ*, pœnitentiam & remissionem peccatorum hominibus obtingere in *nomine Jesu*, in qvo solo juxta fidei analogiam vel constantem *Scripturæ* sententiam salus est & beatitudo hominum, adeò ut omnes V. T. & N. T. fideles hâc fide salutem & remissionem peccatorum consequantur, in qvo etiam

Act. 10. v. 43. Act. 4. v. 1. 2. Act. 15. v. 11.

solo

solo absqve operibus est μαλαξισμὸς, est purgatio & propitiatio à peccatis; Qvod si autem ita docentur homines, remissionem peccatorum impetrari per opera istiusmodi pœnalia, pro *Christo* substituuntur animæ damna & σκύβαλα imò Diabolica inventa, Evangelium *Christi* mutatur in aliud imo contrarium Evangelium, ut proinde hìc locũ habeat fulmen illud *Apostolicũ: Etiamsi nos aut Angelus è cœlo evangelizet vobis præter id quod vobis evangelizavimus, anathema esto.* Cumq; in *scripturâ* absolutionem legamus *Davidis, Paralytici, magnæ peccatricis, Petri, latronis* in cruce conversi aliorumq; factam absq; operum istiusmodi pœnalium impositione, hæc, qvæ jam in *Papatu* fit absolutio cum operum istiusmodi impositione, absolutioni peccatorum exemplis *scripturæ* Canonicis corroboratæ plane est contraria. Deniqve *Petrus*, cũ in *Actis* rejiciat jugum legis divinitus datæ intolerabile, qvid est ut veli-

Rom. 3. v. 28.
1. Joh. 1. v. 7.
1. Joh. 2. v. 1, 2.
Gal. 1. v. 8.
Act. 15. v. 10.

velimus iterum subjici jugo hominum, à qvo per Christum sumus liberati? Apprehendite proinde benignitatem DEI, qvi vobis pœnitentibus gratis absq; additione operum istiusmodi pœnalium per *Christi* sanguinem verâ fide apprehensum peccata remittit. Placet adscribere verba *Chrysostomi*, qvæ hæc sunt: Nam ad pericula te non vocamus, quæ à piis interim obeunda sunt, neq; ad mortem quotidie obeundam: neque ad perpetuos labores, neque ad flagra, neque ad vincula, neque ad vigilias frequentes, neque ad longam peregrinationem, neque famem,

Gal. 5. v. 1.

Chrysost. T. 5. epist. 5. ad Theodorum lapsum. p. m. 998

mem, neque ad algores, neq; ad nuditatem, neque ad experimentum aliquod durum, neque ad animum consternatum, de rebus tuis alienisve confovendum. Interea quidem nihil harum rerum à te requiro; tantum studeo maledictam servitutem amovere, pristinamque inducere libertatem. Nota qvoqve hæc *Petri Chrysologi* in sermone qvodam de duobus filiis prodigo & frugi verba. Non dixit (Pater filio prodigo revertenti per pœnitentiam) unde venis? *Petrus Chrysologus sermone 3. de duobus filiis f. m. 3 b.*

nis? fuisti ubi? ubi sunt quæ tulisti? quare tantam gloriam tantâ turpitudine commutasti? sed cito proferte stolam primam, & induite illum: Videtis quia delicta non videt vis amoris. Tardam misericordiam Pater nescit, Delicta qui discutit, prodit. Hæc illi *scripturæ* conformiter; in qvibus plus inveniet solatii anima gratiam *Dei* in remissione peccatorum seriò desiderans, qvàm inperfectâ & rigidâ omnium operum pœnalium impositione.

CAPUT SEPTIMUM.

Jugum hoc servitutis importabile in impositione operum pœnalium emollit papatus novo invento vel arcano Scilicet pœnitentiæ vicariæ. Qvid sit & qvantum valeat notatur. Destituitur pœnitentia vicaria fundamentis Scripturæ; nulla qvoqve habet in verbo Dei & cana antiqvitate exempla. Mon-

ſtroſa uti eſt ſalus ex fide aliena, ita etiam abſolutio ex aliena pœnitentia. Ridiculoſum qvoqve eſt figmentũ, cum, uti ſumptio Medicinæ à ſano facta non prodeſt ægroto, ita qvoq; hæc vicaria pœnitentia non poſſit prodeſſe peccatori abſolvendo. Injurioſum etiam commentum, hoc in imputationem paſſionis & obedientiæ Chriſti. Pugnat cum ſcriptura, qva DEUS dicitur redditurus unicui-

nicuiq; ſecundum ſua opera. Contrariatur qvoqve juſto Dei judicio. Cui non obſtat exceptio de ſatisfactione Chriſti pro hominibus. Invehit religionis Chriſtianæ contemptum & Atheiſmum. Ipſi papatus ſcriptores ex parte pœnitentiam vicariam non probant. Solvitur objectio petita ex communione Sanctorum.

ILlud autem adhuc, antequam ad alia accedam, in gratiam *Lectoris* pii placet addere. Diximus, in impoſitione

ne operum pœnalium, prout in *Papatu* usitata est, esse jugum servile, infame, probrosum, qvod subire etiam privatos rectè informatos hodie pudeat, cum tamen ex superstitione ferre coacti sint olim maximi *Imperatores, Reges & Principes*: Audi igitur arcanum, qvo angustam illam pœnitentiæ viam iterum dilatant, ut divitibus & Nobilibus jugum illud hodie èxtimescendum non sit. Inventa namq; jam est ab hominibus otiosis DEUM & religionem pro ludo jocoq; habentibus *pœnitentia Vicaria*, juxta qvam adulterii & cædis crimine pollutus propterea q; ad subeunda opera pœnalia, jejunii, flagellationis &c. adstrictus, pretio aliqvem conducit, qvi aliena in se transferens peccata admissione flagellorū, peregrinatione, cilicio, jejunio pro emptore satisfaciat. Solenne namq; hoc est in Papatu, ut posti qvam injuncta alicui in absolutione sunt à *Presbytero* opera pœnalia, ille pertæsus ea subire, conducat mercede pauperem vicariâ pœnitentiâ.

tentiâ satisfactoria opera implentem. In *Jure Canonico* hæc habentur: *Sciendum est, quod secundam feriam unum Psalterium canendo aut unum denarium pauperibus dando, si opus est, redimere poterit.* Addit ibidem glossa: *Denarium potest dare, ut se redimat à jejunio. Ergo multò fortius per alterius jejunium potest liberari.* *In Revelationibus Brigittæ* dicitur, *procurasse quendam duarum personarum proximâ consanguinitate conjunctarum matrimonium sine requisitione Papæ, contra laudabilem sanctæ Ecclesiæ dispositionem: Unde ait, multos fuisse factos Martyres, ne contra Deum & sanctam Ecclesiam seu Christianos mores talia tolerarent. Egit autem in fine vitæ pœnitentiam, adeoq; ad Purgatorii maximam devenit pœnam.* Subjicitur autem: *Si quis tale peccatum abolere volens, iret ad Papam,* dicens; *Quidam homo tale peccatum commisit non exprimendo personam, attamen in fine pœnituit, & obtinuit absolutionem, non emen-*

Canon *Presbyter. dist. 81.*

Revelationes Brigittæ cum notis Consalvi Durantiexcus. Romæ. lib. 4. c. 9. p. m 330.

dato peccato. *Imponite ergo mihi pœnitentiam qualemcunq; vultis, ut tolerare possim, quia ego paratus sum pro eo peccatum illud emendare. Vere si non esset isti major pœnitentia, nisi unum Pater noster, valeret illi animæ ad diminutionem pœnæ in Purgatorio.* Ad qvæ verba *Consalvus Durantus*, Episcopus Feretranus seqventia annotat: *Omnino credendum est, pœnitentias à confessariis nobis impositas conferre ad diminutionem pœnæ in Purgatorio* (nobis scil. vel aliis) *luendæ, ut legimus hic &c.* De *Dominico* in vita ejus refert *Antoninus* illum catenâ ferrea corpus suum qvotidie ter diverberasse, semel pro suis ipsius peccatis, qvæ erant pauciſſima, secundò pro peccatis hominum in terrâ degentium, tertiò pro animabus Purgatorii. *Jesuita* qvidam *Romanus Sylvester Petrasanta* in libro adversus *Molinæi* epistolam contra Balzacum scripto ait: *pœnitentiam pro aliorum culpis laudamus imprimis & ad remissionem*

Consalvus Durantus Episcopus Feretranus ad hæc verba Revel. Brigitt. p. m. 311.

p. 168.

nem peccati eam esse necessariam censemus. Emanuel Sa Jesuita qvoqve scribit. *Potest quis per alium satisfacere de licentia confessoris.* Similia habet Toletus Jesuita ex hâc secta Cardinalis primus: *unus, inquit potest satisfacere pro alio item potest Confessarius imponere pœnitentiam vel per se vel per alium implendam. Raphaël Volaterran.* hanc recenset historiam: *Alberstadii Templum Carolus exstruxit cum amplissimis & proventibus & officiis, ubi quotannus institutum conspicere inauditum. Die namq; cinerum, peracto sacrificio, facinorosum quempiã sordidatum & aperto capite templo ejiciunt; quem Adamum appellant. Is die noctuq; discalceatus urbem sacraq; templa salutando perambulat, tantum post mediam noctem in plateis aliquando quiescit: deinde invitatus (omnes enim eum invitant)* qvicqvid *apponitur, taciturnus vescitur, demum in die cœnæ Dominicæ, in templum accersitur, absolvitur, pecuniaq; collata cumulatur.* Addit

Emanuel Sa Aphorism. in verbo satisfactio. Franciscus Toletus Instruct. Sacerdot. libr. 3. c. 11. n. 13. p. m. 546, 547. Raph. Volaterran. libr. 7. Geogr.

dit *Belforeſtus*, hominem hunc ab illis *Adamum* appellari, qvia ſic purgatus, innocens eſt, ut *Adamus* erat ante lapſum, *iisq;* videri *hominis* hujus *expiationem* & *criminum purgationem NB. in univerſam civitatem & cives omnes redundare.* Hæc ille. Ex *Grezero* Jeſuitâ oſtendit *Voëtius: Poſſe in Papatu aliquem conſtitui, imo & munuſculo induci, qui ſe pro altero flagellet ſuamq; flagellationem & ſatisfactionem alteri applicet. Rivetus* refert, à *Clemente* octavo pro *Henrico Magno* Galliæ Rege flagellationem vicariam ſuſtinuiſſe leviter percuſſis humeris *Cardinalem Perronium.* Monſtroſam hanc eſſe de pœnitentiâ Vicariâ Theologiam nemo vel leviter rudimentis fidei *Chriſtianæ* imbutus negaverit. Nihil enim ejus inſtituti in ſacris invenitur literis: nullum qvoq; poteſt ex eâ, nec etiam ex Orthodoxâ & canâ antiqvitate afferri exemplum. Sicuti monſtroſum eſt, ex fide aliqvem ſalvari alienâ; ita qvoqve mon-

Belforeſtus lib. 3. hiſt. mundi f. 120.

Voëtius part. 4. Diſput. Seleſtar. p. m. 262. Rivet. P. 3. Op. in Jeſuit. vapulante c. 17. p. m. 554.

monstrosum est, alienâ & vicariâ Deo placere pœnitentiâ. Est qvoqve, qvod porro attendendum est, juxta *Papatus* doctrinam, operum pœnalium tolerantia medicina spiritualis animæ. Qvis sanus igitur dubitet applicandam esse illi, cujus anima sananda est, in proprio corpore? Non prodest ægroto potio medicinalis alteri sano adhibita, & ridiculum est pœnitentiam vicariam judicari salutarem illi, qvi eam mercede datâ in alterum transtulit, nihilq́, operum pœnalium sustinet. Annon etiam, *Christiane & pie lector*, injuriosum hoc est commentum in imputationem passionis & obedientiæ Christi? Hanc illi tanqvam putatitiam & Chimericam irrident, qvi tamen omnibus defendunt viribus valorem passionum & satisfactionum vicariarũ ab homine ψιλῷ præstitarum. Docet *Scriptura*, *DEUM* redditurum unicuiq; secundum opera sua, non verò secundum aliena, & qvis credat, *DEUM* habiturum in con-

Ps. 49. v. 8 9. Ps. 62. v. 13. Rom. 2. v. 6. 2. Cor. 5. v. 10. Gal. 6. v. 5.

donatione offensarum rationem pœnitentiæ vicariæ? Non est certè qvispiam, qvi pro suis peccatis perfectam possit agere pœnitentiam, & qvàm stupendum est interponere judicio DEI justo pœnitentiam vicariam. Imo qvàm abhorrens qvoqve à communi sensu sermo; *Pœnitet me peccati tui.* Non est judicis justi reum homicidii aut furti absolvere à pœnâ, eò qvod aliqvis mercede conductus in rei gratiam flagellis & loris se concidisset. Num autem, qvæ tanqvam injusta & ridicula justi judicis abominatur judicium, DEO judici universi absqve blasphemiâ tribui putamus? Frustra obtenditur exemplum *Christi* qvi tulit peccata aliena & pro ovibus animam posuit: Cùm *Christus*, fuerit ἀναμάρτητος & *Mediator*, 1. peccato caruerit, 3. ejus satisfactio summa sit *Evangelii* in sacris fundata literis. Oportet etiam, admissâ semel pœnitentiâ hâc vicariâ, omnem Christianorum pœnitentiam transformare in

re in ludibrium, unde *atheismus* plenis ventis non potest non inundare Ecclesiam. Qvanta etiam qvæso in pœnitentiâ hâc vicariâ est juxta *Papatus* doctrinam incertitudo! disputatur adhuc inter Doctores, an hæc aliena vel vicaria pœnitentia valeat ex opere operantis, an verò ex opere operato: An vicarius flagellator extra gratiam constitutus vicariâ suâ pœnitentiâ vel satisfactione sit profuturus conducenti, & negativa plerisq; si non omnibus placet. Qvam autem habebit conductor certitudinem, abjectum illud æris mancipium, & crudelem corporis sui carnificem, tergum suum venale constituens, esse in gratiâ Dei, piè etiam & religiosè agere? Incertitudo autem illa qvid ab incredulitate, imo qvid ab atheismo distat? Omnino nihil. Non desunt etiam insignes *Papatus* scriptores à qvibus stupidum & atheisticum hoc commentũ explo- *Suarez part. 4. in tert. disp. 38. Sect 4.*
ditur. *Suarez Jesuita*, ubi de satisfactione, qvæ fit per disciplinam alio-

aliorum, ait: *hunc modum satisfaciendi per alios, non esse in Ecclesiâ adeò usitatum, nec ad finem sacramenti pœnitentiæ adeò expedientem, quia talis satisfactio nec deservire potest per modum medicinæ, nec ipsa ratio satisfactionis satis certa est.* Hæc ille. *Communio sanctorum* frustra urgetur in putridæ caussæ patrocinium, cum ad pœnitentiam vicariam extensam illam esse nullo *scripturæ* dicto & exemplo doceamur. Cumq; in societate civili communio non sit eò usq; extensa, ut alter pro altero edat, bibat, dormiat, utatur medicamentis ad tuendam & recuperandam valetudinem: sic nec est communio sanctorum in eo posita, ut alter pro altero vicariam subeat pœnitentiam, luatq; pœnas peccati alieni, cum & sic, qvod absurdum, alter pro altero possit servari Confer, si placet, *Chemnitium, Rivetum, Molinæum & Voëtium.*

Chemnit. part. 4. ex C. Trid. p. 120. 270 edit. in octav. Rivet. Tom. 3. Op. in jesuw Vap. c. 17 p m. 553 Molin. in No cul. Pa pat. p. m. 695 829 893 seq. item in hypera spiste lib. 1. c. 29. p. m. 217. seq Voët. part. 4. Diss selectar. p m 266 67.

CAPUT OCTAVUM.

Benignitas porro DEI

hæc

hæc est, ut statim & absqve mora lapsos verè pœnitentes recipiat in gratiam. Qvod probatur exemplis scripturæ & dictis patrum Cypriani, Joh. Chrysostomi, & Petri Chrysologi. Proponitur dubium desumptum ex praxi Ecclesiæ ātiqvæ, juxta qvam lapsorum absolutio in multos annos, interdum etiam in finem usqve vitæ dilata est. Ostenditur id fuisse factū non ad exclusionem illorum

rum interea tempo-
ris, si veram agerent
pœnitentiam à remis-
sione peccatorum di-
vinâ, sed ad conserva-
tionem disciplinæ in
declaratione absoluti-
onis Ecclesiasticæ. Ad-
hibita qvoqve est hæc
absolutionis protra-
ctio cum moderatio-
ne: cū primò sæpius la-
psi pœnitentes absqve
mora recepti sint per
epistolas martyrum:
cum 2dò lapsis pœni-
tentibus in agone con-
stitutis, nondum ex-
pleto

pleto pœnitentiæ tempore, non denegata sit communio. Id qvod confirmatur canone decimo tertio concilii Niceni: Canone secundo concilii Neo-Cæsarienſis auctoritate Cypriani, praxi etiam & exemplis antiqvæ Eccleſiæ. Cum III. moderatio adhibita sit erga eos, qvi non sæpius & ex malitia peccaverant: Cum IV. visa lapsorum seria pœnitentiâ Episcopis licueritante expletum pœniten-

tentiæ terminum eos recipere: V. ipsi qvoq; patres im probaverint rigorem excedentem & nimium, & praxi suâ in receptione lapsorum vere pœnitentium fuerint faciles.

MIssâ proinde & ad orcum usqve amandatâ monstrosâ hâc pœnitentia, benignitatem porro DEI erga lapsos pœnitentes commendamus in eo, qvod absq; mora, statim ubi qvis egerit veram & sinceram pœnitentiam, à DEO recipiatur in gratiam. Exempla *Davidis*, *Ninivitarum*, *Paralytici*, *magnæ peccatricis*, *Petri*, *Latronis conversi*, *incestuosi Corinthiaci* eô die, ea hora, qva resipuerant, in gratiam receptorum rem faciunt satis

satis manifestam. *Cypriani* notanda verba sunt: *Nec quantitas criminis, nec brevitas temporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, si vera contritio, si pura fuerit voluptatum mutatio, excludit à veniâ, sed in amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit revertentes, & velit nolit Novatus Hæreticus, omni tempore Dei gratia suscipit pœnitentes. Chrysost.* ait: *Posteaquam capto consilio resipuisset* (filius prodigus Luc. 15.) *repentè factus est novus, idq; solâ mentis transmutatione. Quamprimum siquidem dixisset, revertar ad patrem meum, hoc unum, illi simul omnia verba bona protulit, imo non solum verbum hoc simpliciter, sed magis ipsum factum verbo adjunctum, quod regrediendi scilicet omnem illam viam suam conversus relegit. Sic faciamus & nos, & si ad alienos profugerimus extorres facti, revertamur ad ædes paternas nihil exterriti aut torpefacti, propter itineris prolixitatem. Nam si voluerimus, & facilis reditus & velocissimus,*

Cypriani. de cœna Domini p.m. 471

Chrysost. serm. X. in cap. 6. epist. ad Rom. p.m. 107

tantummodo relinquamus peregrinam illam terram & alienam peccatum scilicet, quod nos à Paternis ædibus quàm longissimè abducit. Idem alibi hæc habet: Ejusmodi verba Deus ad te certè nunquam dixit, absline, es enim improbus & impostor: Ecclesiam quidem sedulò visitas, legesq; meas audis, interea tamen in foro & aurum & concupiscentias tuas & amicitias, imo simpliciter in summâ nihil non præceptis meis præfers. Et nunc quidem humilis appares: postquam verò precationem absolveris, rursum temerariè, crudeliter & inhumanè ages. Abi ergo & vide, ut posthac me non accesseris. Ista quippe & istis etiam plura ut audiremus digni eramus, veruntamen nunquam tale quid opprobravit, sed & longanimiter agit, & quæ sui sunt muneris implet omnia, plus etiam præstans, quàm nos petimus. Idem alibi ita pergit: Majoris facilitatis divinæ est argumentum, etiamsi non omnem quis præ se fert pœnitentiam, brevem illam & exiguo tempore fa-

Etiam

Chrysost. in morali exhort. quæ sequitur serm. 14 in epist. ad Rom. p. m. 169

Chrysost. T. 5. epist. 5. ad Theodorum lapsum p. m. 98.

Etiam non abnuit, sed magnâ præstat mercede. Idem ibidem. *Non ad temporis rationem, sed juxta affectum animæ solet dijudicari pœnitentia. Ninivitæ non multis diebus precati, ut peccatum eorum deleret Deus, tempus exiguum potuit universam eorum abolere iniquitatem. Et latro haud longo tempore ingressum paradisi impetravit. Quacunq; quis horâ se dejiciens vel unum dixerit verbum in eo momento totius vitæ peccata simul abstersit, atque ante Apostolos officii grati præmium suscepit. Videmus enim Martyres non ita multis annis, imo paucis diebus adeoq; non raro inter dieculam splendidas consecutos coronas.* Idem in eâdem Epist. urget exemplum incestuosi *Corinthiaci* hunc in modum: NB. *Mox ut resipuit: satis est, inquit, istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus. Et scripsit, ut eum consolarentur, ut resipiscentiæ locum darent, ne eum in satanæ potestatem transire contingeret.* Jungo hisce verba *Petri Chry-* p m. 907

Petrus Chrysologus Serm. 2. de duobus filiis prodigo & frugif. m. 2.

sologi, qvæ hæc sunt: *Urgentur Patris viscera, iterum filium genitura per veniam. Ibo ad Patrem reus, sed Pater viso filio cooperit mox reatum, dissimulat judicem, qui magis vult implere genitorem, & sententiam citò vertit in veniam, qui redire cupit filium, non perire.* Qvî ergo, *inquiet* qvis, factum, ut apud antiqvos pœnitentium absolutio in multos annos sæpius etiam usqve ad vitæ finem sit protracta? *Respondetur*: factum hoc non ad exclusionem lapsorum pœnitentium à veniâ & remissione peccatorum, sed in declaratione remissionis & absolutionis Ecclesiasticâ, qvæ corã Ecclesiâ fiebat, ad conservandã disciplinam. Volebant enim innotescere omnibus, qvod vere pœnituissent. Notari meretur dictũ hoc

Augustin. in Enchirid. ad Laurenc. p. m. 67. a. B.

Augustini. Quia plerumq; dolor alterius cordis occultus est alteri, neq; in aliorum notitiam nisi per verba vel quæcunq; signa procedit, certi constituuntur ab his, qui in Ecclesiâ præsunt, tempora pœnitentiæ, ut fiat

etiam

etiam satis Ecclesiæ, in qua remittuntur peccata. Hæc Augustin. Non visam etiam esse semper tam longam temporis moram simpliciter apud omnes necessariam manifestum est. Referenda huc sunt, qvæ de certamine inter Petrum Alexandrinum Episcopum Orthodoxum & Melitium Schismaticum refert hisce verbis Camerarius *Adversatus*, inqvit, *Molitius fuerat Petro Alexandrino, qui censeret lapsos statim recipiendos & admittendos esse in Ecclesiam, si deliquisse se confiterentur & peterent veniam. Hoc Melitius fieri oportere negabat, & speciosa erat oratio hujus, non esse malè docendos alios facilitate istâ, & serione pœnitentia ducerentur lapsi periculum mora fieri debere. Applaudebatur huic ab iis, qui paulò ante Diocletiano sævientè in Ecclesiam Christi, carcerem & corporis cruciatus pertulerant: factâ itaq; mox discessione, Melitiani Martyrum Ecclesia nominari volebant, cum ij, qui Petri sententiam sequebantur, Orthodoxi & Catholica Ecclesia, sicut erant*

Joachimus Camerarius in historia Synodi Nicenæ p. m. 46. 47.

erant, appellarentur. Ipse quidem Petrus, qui lapsis veniam dandam benignè censuisset, tum ita fuit offensus adversatione Melitii, ut non modò ipsum inclementissimè rejiceret, sed baptizatos quoq; ab illo pro Christianis non vellet agnoscere. Hæc *Camerarius.* Gravis proinde error est putantium lapsis ad agendam pœnitentiam & consequendam remissionem peccatorum, multorum annorum præfigere terminum, ante cujus expletionem infructuosa in consequendâ absolutione censeatur pœnitentia, qvod Christianismo adversari rectè statuebat Petrus & cum eo Catholica ac Orthodoxa Ecclesia. Huc etiã pertinet receptio instantanea lapsorum pœnitentium per epistolas *Martyrum*, de qvâ in superioribus. Certum qvoqve est, moderationem esse adhibitam circa lapsos pœnitentes in termino vitæ constitutos, qvibus dabatur communio Ecclesiæ & Evchariſtia etiam nondum impleto tempore pœni-

pœnitentiæ ab Ecclesiâ constituto. Multi in hujus rei probationem exstant apud antiqvos Canones, constitutiones multæ. *Concilii Nicæni* canon 13tius ita habet: *De his qui vitâ excedunt, Vetus & Canonica lex nunc quoque servabitur, ut si quis vitâ excedit, ultimo & necessario viatico minimè privetur. Quod si verò desperatus & communionem assecutus supervixerit, sit intereos, qui communionem orationis tantum modo consequuntur. Generaliter autem cuilibet in exitu posito ac Eucharistiæ participationē petenti Episcopus cum examinatione (μετὰ δοκιμασίας) oblationem impertiat.* Canon sextus *Concilii Ancyrani*, qvi vigesimus sextus in Codice canonum universæ Ecclesiæ, & etiam habet adjunctam hanc limitationem: *sed si periculum mortis q; exspectatio ex morbo aut aliquâ occasione contigerit, secundum Canonem recipiantur.* Videatur etiam Canon secundus *Concilii Neocæsarienſis*, qvi in Codice canonum universæ Ecclesiæ est 47.

Concilii Niceni canon. 13. in Bibliothecâ juris Canonici Veteris Lutetiæ Parisianno. 1661. excusa T. 1. p. m. 32

Concilii Ancyrani Canon. Sextus T. 1. Bibl. Juris Canon. p. m. 36.

Canon secundo

nec non *Cyprian.* sic in *Concilio Carthaginensi* 4. Can. 78. & in epistl *Sixti* P. R. Tom. 3. Concil. *Bassus à Synodo* condemnatus est, ita tamen, ut in ultima die viaticum ei non denegaretur. *Synesius* etiam de *Lamponiano* quodam excommunicato ad *Theophilum Alexandrinum Episcopum* ita scribit: *Tantum igitur mihi sumpsi si acciderit Lamponiano mors, & si certus dies mortis videretur adesse, quod permissum omnibus, qui tum aderant Presbyteris, ei communionem impertiri. Nemo enim vinctus anathemate mihi moriatur.* Conferatur ad Canonem *Concilii Niceni Justellus.* Volebant quoque *Patres* adhiberi respectum in moderatione rigoris Ecclesiastici ad vitam ante actam, in quâ, si non sæpius nec ex malitiâ quis peccasset, facilior erat pœnitentis receptio, quàm si rupto pudore ex consuetudine & malitiâ sæpius deliquisset. Huc pertinent verba *Isidori Pelusiotæ* ad *Lucam* Archimandritam quæ hæc sunt: *Monachus quidam*

Neocæsarienſis concil. T. 1. Bibl p. m. 39.

Cyprian. epist. 13. ad Episcopos & Diaconos fratres p. m. 31. & Epist. 14. ad eosdem p. m. 32.

Christophorus Justellus in notis in Codicem Canon. univers. Eccles. T. 1. Bibl. Juris ca-

dam ad nostram solitudinem venit, honorandæ tuæ manus habitum atq; speciem ferens & quo discipulos tuos consignare nosti. Cum autem ecquam ob caussam veniret quæsivissemus, ille supplex à nobis petiit ut abs tuâ charitate contenderemus, ut sibi exiguum peccatũ condonares, in quod ex ignorantia incidit. Quapropter si non in peccandi consuetudinem venit, sæpius videlicet illatâ pœnitentiæ & resipiscentiæ contumeliâ, obq; ventris aut mentis ac voluntatis levitatẽ fugam capessere didicit, nostrâ caussâ velim ipsi veniã tribuas. Sin autem is est, qui venia & indulgentiâ minime melior fiat, nolim ille fructum ex literis nostris ullum capiat, verùm à fratrum tranquillitate foràs ablegetur, ne tumidos fluctus ac vertigines placidis & quietis ipsorum moribus excitet. Nam hæc quoque lex nobis sub parabolico cortice præscribit, cum eos, qui lapsu laborant, extra castra emittit. Hæc Isidor. l. c. Adhibita qvoqve fuit hujus rigoris moderatio in examine pœnitentiæ,

non. vetus. p. m. 73. Isidor. Pelusiota libr. 1. ep. 318. ad Lucã Archimandritam. p. m. 70. 71

tiæ, num vera, seria, sincera, & fuco carens; qvæ si deprehendebatur talis, data erat Episcopis licentia eos, qvos invenerant tales, recipiendi. Canon XII. *Concilii Nicæni* ita tenet: *In his autem omnibus observare oportet NB. propositum & modum pœnitentiæ. Quicunq; enim & timore, & lacrymis. & patientia & bonis operibus conversionem absq; simulatione demonstrant, hoc definitum tempus auditionis implentes tum demum orationibus communicabunt, & postea licebit Episcopo de his aliquid humanius cogitare. Qvicunq; vero indesinenter tulerunt & habitum Ecclesiam introeundi sibi arbitrati sunt ad conversionem sufficere*, hi definitum tempus omnino impleant. Addimus Canonem 5. *Concilii Ancyrani*, qvi 25. est in Codice Canonum universæ Ecclesiæ, qvi ita habet: *Episcopi autem potestatem habeant modum conversionis eorum examinantes aut humanius agere, vel plus temporis adjicere. Ante omnia autem & præcedens vita, & quæ secuta est*

Concil. Nicen. Canon XII. Tom 1. Bibl. Juris Canon. Vet. p. m. 32.

Conc. Ancyr. Conc. 5. in Bibl. Jur. Can. Vet. p. m. 36.

esl examinetur, & sic eis clementia impertiatur. Adde tandem & illud, moderationem fuisse etiam ab *Orthodoxis Patribus* adhibitam circa eos, qvibus ante expletum pœnitentiæ tempus ex errore vel facilitate nimiâ jam data erat pax. Qvæ concessio non fuit retractata ab aliis, licet objurgarentur illi, qvi à constitutionibus Ecclesiasticis recesserant. Sic *Victori Presbytero*, anteqvam plenam egisset pœnitentiam à *Therapio Episcopo* præproperâ festinatione data erat pax, qvam semel concessam *Victori* non abstulerunt *Cyprianus & Collegæ ejus in Concilio Africano* præsentes: interim objurgabant *Therapium*, qvod temerè hoc fecerit, & instruebant, ne qvid tale de cætero faceret. Legi potest epistola ad *Fidum* statim in initio. Constat ex hactenus dictis, necessariam hic omnino esse distinctionem inter remissionem peccatorũ ipsam & remissionis declarationem Ecclesiasticam. Hanc ob metum fraudis differebant in multos

Cyprianus Epist. 39. ad Fidũ p. m. 134

sæpius annos, qvandoqve etiam ad vitæ usqve terminum, ita ut remissionem verè pœnitentibus non dubitaverint in cœlis esse ratam, qvam & ipsi declaratione publica, ante impletum pœnitentiæ tempus, moderationem rigoris ob causſas graves facientes, qvandoq; conferebant, imo si secus fieret protractionem illam tanqvam Benignitati divinæ contrariam improbabant. Huc pertinent qvæ paulò ante ex verbis *scripturæ*, *Patrum* etiam, *Cypriani*, *Chrysostomi*, & Petri *Chrysologi* corroborata sunt. *Gregorius M.* attendi vult in lapsorum pœnitentium receptione dictum hoc *Ezechielis*; Peccator *in quocunq; die conversus ingemuerit salvus erit, omnes ejus iniquitates oblivioni tradentur*: subjicit etiam seqventia: *Si Redemptor noster, qui peccatores non perdere sed justificare venit in oblivione peccantium delicta dereliquit, quis hominum condemnanda reservet, cum Apostolus dicat si Deus justificat*

Gregorius M. T. 2. lib. 7. Epistolarū ex Regino epist. 53. ad Secund. p. m. 953.

ficat, quis est qui condemnet? Hæc ille. Placet qvoqve adscribere judicium *Veterani Theologi Tubingensis* Snepfii. *Ut autem*, inqvit, *Christus perfectissimè omnium hominum peccata expiavit, & claves regni cœlorum nobis invenit, ita usum clavium vult esse perpetuum, itaq; non ad tempora & momenta ille adstringendus est. Hoc voluit Christus cum dicit Matth. 18. septuagies septies hoc est, sæpissime proximo remittendum esse peccatum, & quod non loquatur de privatâ reconciliatione, sed de clavibus, eis antecedentibus, ubi de clavibus agitur, intelligi potest. Quare non rectè olim in Canonibus pœnitentialibus reconciliatio pœnitentium cum Ecclesia ad aliquot annos extracta fuit: Nam factum est cum infinitarũ animarũ detrimento, quæ cum vocem reconciliationis morte præventæ audire non possent per metũ severioris judicii ad præcipitium desperationis deturbatæ sunt. Animadvertit hæc Leo Papa cum ita scribit: Tempora ple-*

Snepfius indisput. de clavibus §. 162.

plenitudinis habitâ moderatione constituenda sunt tuo judicio prout conversorum animos perspexeris esse devotos, pariter etiam habere debes ætatis senilis intuitum, & respicere periculorum quorumcunq; aut agritudinum necessitates. Hactenus *Snepfius.* Hæc itaq; clara satis, ut sic qvilibet videat, tantam esse benignitatem DEI erga lapsos, ut eos revertentes per veram pœnitentiam minime cum *Novatianis* dedignari, sed etiam citra respectum operum pœnalium gratis per *Christi* justitiam verâ fide apprehensam *statim* absqve morâ recipere velit in gratiam, qvod *primum* erat Benignitatis divinæ demonstrandæ momentum, confirmatum etiam exemplo singulari ex *vitis Patrum*, qvod *Georgius Major* hisce recenset verbis: *Frater quidam interrogavit Abbatem Pastorem dicens: Feci peccatum grande, & volo triennium pœnitere. Dixit autem Abbas Pater, multum est, & dixit frater, jubesne unum annum? & dixit iterum*

Vitæ Patrum per D. Georgium Majorem repurgatæ p. m. 244.

rum senex, multum est, & adjecit dicens: Ego puto, quia si ex toto corde homo pœnituerit, & nō apposuerit facere ulterius, unde pœnitentiam agat, etiam triduanam (adde etiam, unius horæ, unius momenti) pœnitentiam suscipiat Deus. Johannes Carthagena refert exemplum incessuosæ remissionem peccatorum consecutæ trinâ orationis Dominicæ recitatione. Qvid ni id fiat etiam, si seriò & ex animo vel semel dicatur qvinta ejus petitio: *Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris*, qvam vere pœnitentis orationem eo ipso momento, qvo eam ad DEUM ex animo dirigit, certum est, exaudiri, cum non fallat fiducia Apostoli & piorum: *Hæc est fiducia, quam apud Deum habemus, ipsum, si quid petierimus secundum voluntatem ejus nos exaudire.*

Joh. Carthagena in homiliis Catholicis in universa religionis Christianæ arcana. libr. 10. homil. 4 p. m. 748

1. Joh. 5. v. 14.

CAPUT NONUM.

Secundum benignitatis divi-

divinæ momentum, eſt, qvod Deus etiam graviter lapſis, pœnitentibus remittat. Notantur hic iterum Novatiani, qvi ſucceſſu temporis convicti Catholicorum argumentis leviter lapſis veniam eſſe dandam agnoſcebant, graviter autẽ non item. Notatur qvoqve ſatanæ artificium & ars decipiendi homines, ita ut ante ſeductionem occultet totam peccati turpitudinem: qvam ſeductis

ductis ita amplificat, ut persuadere conetur desperationem. Qvod declaratur sententiis Gregorij Magni, & Johannis Chrysostomi. Hominis etiã post tristem primorum nostrorũ lapsum hi sunt mores, ut pellectus suâ cupiditate ad peccatum aliqvod sibi ipsi per extenuationem ejus indulgeat: Et mox eo perpetrato percussus conscientiæ terrore per desperationem sibi veniæ spem vel pla-

ne amputet vel dubiam reddat. Illustratur illud sententiis Chrysostomi & exemplo juvenis Christiani, qvi ex discipulo Johannis Evangelistæ & Apostoli successu temporis factus est insignis peccator & latronũ Dux violentissimus.

Costerus in præfatione Enchiridii de Hæreticis moribus p. m. 28.

SEcundũ Benignitatis divinæ demonstrandũ momentũ hoc est; Remissionẽ peccatorum certam esse non illis tantum, qvi leviter, sed & qvi graviter, multum & horrendè deliqverunt. *Costerus* Jesuita ait, *Novatiani cum prius docuissent, nullum posse peccatum in Ecclesia condonari, postea Catholicorum argumentis convicti exceperunt leviora*

citatq;

citatq; haucin finem Ambrosium lib. 1. de pœnit. cap. 2. Est etiam hæc satanæ antiqvi & astutissimi illius serpentis in seducendis hominibus artificium, ut qvò nostrum de peccatis qvæ persuasurus est, judicium fallat, totam rei turpitudinem spectandam non proponat, sed occultet, vestiat, ut de totâ pronunciare non possimus: Seductis autem illam suis depingit coloribus, amplificat etiam modis omnibus, ut de gratiâ DEI desperantes in cœpto peccatorum cursu, ex qvo videtur illis impossibilis evasio, audacter pergant, donec in inferni præcipitium pertracti miserè & æternùm pereant. Audiamus *Gregorium M.* hac de re graviter & vere perorantem. *Immundi*, inqvit, *Spiritus cordibus hominum parvâ prius persuasione leviter surrepunt, postmodum vero violenter trahunt. Initium suggestionis occultæ parvum prius in corde nascitur, postmodum autem capta mens veneno violentiâ tentationis necatur. Primum subtilibus*

Gregorius M. in lib. 15. exposit. Moral. in Job. c. 9. p. m. 494. 495.

tilibus auxiliis ad cor hominis immundi Spiritus loquuntur, quia dum leniter persuadent, venenum aspidum fundunt, qui autem iniquam suggestionem antiqui hostis libenter suscipit, violentis se postmodum ejus tentationibus devictus tradit. Unde & in paradiso quoque stanti homini verba blandæ persuasionis intulit: sed quem semel rapuit ad consensum, jam nunc etiam renitentem trahit, & corruptionis suæ delectationibus devictum, penè violenter interficit. Hæc ille l. c. Idem dicit Chrysostomus.

Chrysost. Serm. 14. in cap. 4. epist. ad Ephes. p. m. 1043.

Quemadmodum, quamdiu lapides benè compacti sunt, nihilq; vacuum inter se habent, firmi & infracti perstant: Si verò vel foramen acus duntaxat, quod utrinq; penetret, aut scissura, quæ capillilocum habeat, fieri contigerit, omnia dissolvuntur ac pereunt: Ita & Diabolus, donec compacti quidem ac bene compositi fuerimus, nihil suorum omnino poterit inferre. Quam primum verò vel modicum nos relaxare poterit, non aliter quam quidam torrens to-

to impetu infunditur. Nam ubiq; illi solis duntaxat initiis opus est. Et hoc laboriosum est. Si vero nactus fuerit initium nocendi, omnia sibi ipsi subinde suopte ingenio vestigat & amplificat. Hæc *Chrysost.* Est qvoqve hoc hominum post tristem humani generis lapsum hausturnq; eo *Satanæ* virus, ingenium, ut suâ ad peccatum aliqvod pellecti cupiditate, sibi blandiantur hisce cogitationibus: *unam esse culpam eamq; modicam & levem, à quâ facilis iterum per pœnitentiam*, qvam falsò sibi proponunt, sit sperandus reditus, admisso autem peccato, evigilante conscientiâ tantam & tam profundam sibi per desperationem imaginantur voraginem, ex qvâ nec gratiâ Dei eluctari liceat. Sic cum *Caino*, sic cum *Saule*, sic cum *Juda* proditore actum est, qvæ exempla ex *scriptura* nota sunt. *Chrysostomus* iterum ait: *Quemadmodum si in voragines incideris vertiginosos, non poteris facilè pertransire licet plurimum conten-*

Chrysost. in moralè exhortatione quæ se-

zenderis: ita etiam, imò gravius multo si in concupiscentiæ profundũ incideris, te ipsum cũ omnibus perdes. Quisquis etiam ad quodlibet delictum dicere didicit consuetũ illud, scilicet nihil erit ab hoc damni, paulatim omnia perdet: istud quippe malitiam induxit, istud latroni portas aperuit, istud civitatis muros dejecit, ad singula videlicet delicta dicere, nihil obest. Hoc pacto & in corporibus maximi morbi contrahuntur, quando medici contemnuntur. Idem alibi seqventia habet: Ne dicas, nihil refert, si turpe quid dixero, si quenquam vituperavero. Propter hoc ipsum magnum est malum, quod nihil esse videtur. Etenim quæ nihil esse videntur, facile contemnuntur, augentur & multiplicantur etiam. Quæ augentur autem redduntur etiam incurabilia. Hæc Chrysostomus. Actum sic fuit olim cum juvene qvodam Christiano ipsius Johannis Evangelistæ & Apostoli, qvam valde charum propter profectus & dotes insignes habuerat, discipulo.

Chrysost. in moral. exhort. quæ sequitur sermonẽ 34. in epist. ad Ephes. p. m. 1046.

Huic

Huic coævi qvidam otiosi, dissoluti malisq; rebus asueti pernitiosè sunt juncti. Duxerunt illi eum prius ad sumptuosa convivia, deinde & noctu ad furandum & suppilandum egredientes unà illum adsumunt. Posthæc petunt, ut & majus aliqvod facinus una designet. Ille paulatim assuetus & præ magnitudine velut eqvus ore obdurato & robustus, rectâ viâ relictâ, morso freno amplius ad barathum ferebatur. Tandem salute, qvæ à Deo est, desperatâ jam nihil exigui meditabatur. Sed NB. qvoniam semel periisset, magnum qvid patrabat, parem cum aliis sortem ferre dedignatus. Arreptis itaq; sociis, collectaq, latronum colluvie, factus est latronum Dux violentissimus, homicidio addictissimus ac sævissimus, de qvâ historiâ consuli potest *Eusebius*. *Dicite*, vel saltem apud vos ipsos *expendite*, *ô mei*, qvos jam cum lacrymis alloqvor, qvorum animæ pretioso *Christi* sanguine redemptæ, meæ

Euseb. libr. 3. Hist. Eccles. c. 23. p. m. 39.

meæ sunt commissæ curæ, *vos* etiam qvi hæc legitis, annon cum vobis ita actum sit? Modicum videtur vobis semper illud, à qvo incipitis, peccatum: facti jam ex illo modico, proh dolor! sunt montes tam alti, tam excelsi, ut videantur vobis insuperabiles propterea; desperatâ semel salute, non modica amplius sed horribilia perpetretis, qvæ tamen, ut *Augustin.* apud *Gottschalcum* Holen, loqvitur, ex *consuetudine quasi vilescunt & facta sunt quasi nulla.*

Gottschalcus Holen. super epistolas Dominicales part. 1. Domin. 1. adventus serm. 3.

CAPUT DECIMUM.

Remissionem peccatorum posse conseqvi etiam graviter lapsos, si verè pœnituerint, probatur 1. qvia peccatum omne qvantumcunq; etiam sit, satanæ & homi-

minum opus est: Remissio autem peccatorum gratiæ divinæ opus. II. Qvia Christus satisfecit pro omnibus etiam gravissimis peccatis. Qvia III. id manifestè constat ex dictis scripturæ Psalm. 25. v. 11. Ps. 103. v. 1, 2, 3. Esaiæ 1. v. 18. Esaiæ 31. v. 6. Ezech. 33. v. 10. seq. Mich. 7. v. 19. qvinta Orationis Dominicæ petitione item Matth. 11. v. 28. Matth. 18. v. 24. Matth. 23. v. 37. Marc. 11. v. 17. Luc. 19.

v. 41. Luc. 23. v. 34. Actor. 8. v. 12. Rom. II. v. 32. 1. Timoth. 1. v. 15, 16.

EX hâc voragine perditionis ut extrahamini, propono vobis benignitatem DEI omnibus peccatis, non levibus tantùm sed & gravissimis, modò sincerâ apud DEUM interpelletis pœnitentiâ, remittendis paratam. Est hoc 1, conscientiis de magnâ peccatorum mole contristatis benè considerandum, peccatum omne *satanæ* & *hominum* esse opus, cum remissio & condonatio peccatorum sit DEI opus. Igitur qvantò major, qvantò etiam potentior *Creator Creaturâ, Deus homine*, tantò qvoqve major & potentior est DEI in remissione peccatorum benignitas & misericordia nostris peccatis. *Christus* etiam in mundum venisse dicitur, ut *destrueret opera Diaboli*, ut *portaret omnes iniquitates nostras, ut solveret pro eis, ut esset propitiatio*

1. Joh. 3. v. 8. Es. 33. v. 6 1. Joh. 1. v. 29. 1. Joh. 2. v. 2. 1. Joh. 1. v. 7.

pro

pro totius mundi peccatis, ut sanguis ejus purificaret nos ab omnibus peccatis nostris. Qvis, proinde ita à fide hâc *Christianâ* alienus sit, ut peccata sua merito *Christi* judicet esse in judicio DEI ponderosiora? Observentur qvoqve 3. hæc *Scripturæ* dicta & exempla. *Regius propheta David* ita precatur: *Propter nomen tuum, ô Domine, propitius sis iniquitati meæ: multa enim est.* Redit omnino ille ad memoriam gravissimi peccati, qvod commiserat fœdâ libidine, in violatione uxoris Uriæ & homicidio fraudulento, qvod juxta textum Hebræum propter *nomen Dei à Domino* jam remissum esse gloriatur, qvamvis esset grave satis & horrendum. *Idem* in laudes DEI animam, omnia viscera & os suum resolvit memor benignitatis divinæ in condonatione omnium iniqvitatum suarum, qvæ non leves tantum & parvæ sed & graves & magnæ erant: *Benedic*, inqvit, *anima mea Domino & omnia quæ intra*

Ps. 25. v. 11.

Ps. 103. v. 1, 2, 3.

tra me sunt, id est, omnia viscera mea nomini sancto ejus. Benedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributiones ejus, id est omnia, quæ in te contulit bona: Qui propitiatur omnibus peccatis tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Apud *Prophetam Esaiam Deus* pœnitentiam sinceram agentibus benignitatem hanc suam in condonatione peccatorum omnium etiam gravissimorum ita contestatur: *Si peccata vestra fuerint ut coccus, id est tam conspicua, quàm notæ coccineæ in veste candidâ, & quamvis anima candorem suum mutaverit præ peccatis, nive reddentur albiora: Si rubuerint instar purpuræ, sicut nativa lana fient.* Item *revertimini o filii Israël, quantumvis defectione in profundum descendistis.* Apud *Ezechielem Deus* agit de impio latrone, effusore sanguinis, in montibus cum idololatris comedente, polluente uxorem proximi sui, contristante egenum & pauperem, rapiente rapinas, pignus non redden-

Es. 1. v. 18

Es. 31. v. 6. Ezech. 33. v. 10. seq.

dente ad idóla levante oculos suos, faciente abominationem, ad fœnus dante & excessum accipiente, erga qvem pœnitentiâ sincerâ convertentem se DEUS ita declarat: *Si* (istiusmodi) *impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium & justitiam; vitâ vivet & non morietur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor: in justitia sua, quam operatus est, vivet. Nunquid voluntatis meæ est mors impii dicit Dominus Deus, & non ut convertatur & vivat?* Apud *Prophetam Michæam Dei* misericordia comparatur mari profundo, in qvod omnia peccata nostra conjiciuntur: In qvem sensum à *Chrysostomo* benè dictum est: *Tua quidem malitia mensuram habet: Dei clementia & pietas mensuram non habet, cogita scintillam, si in mare ceciderit non poterit stare aut apparere. Quantum scintilla se ad mare habet, tantum hominis malitia ad*

v. 21, 21, 23.

Mich. 7. *Ps.* 19.

Chrysost. T. 5. *homil.* 3. *de pœnit. p.m* 846

ad Dei pietatem & clementiam: imo etiam non tantum modò, sed longè supra. Nam & pelagus tametsi magnum sit mensuram recipit. Dei verò clementia mensuram non habet.

Matth. 6. v. 1. 2. Luc. 11. v. 4. In qvinta *orationis Dominicæ* petitione apud *Matthæum* & *Lucam* Deus certam nobis spem facit condonationis omnium peccatorum jubens nos fide divinâ, qvæ non fallitur, ita petere: *Remitte nobis debita vel peccata nostra.* Qvam seria, qvàm benigna qvoqve est hæc vox *Christi* apud *Matthæum: Venite ad me omnes* (neminem proinde excipit qvi peccator est, non contumaces etiam non pertinaciter reluctantes qvi etiam alibi vocantur) *qui fatigati estis & onerati ego reficiam vos.* Qvæ verba postqvam in loco qvodam adduxerat ex antiqvis *Patribus Basilius Magnus*, seqventia subjungit: *Paterna est vox expansis ulnis ad seipsum vocantis eos qui hactenus rebellarunt.* Declaravit qvoqve apud *Matthæum Salvator* noster benignitatem DEI

Matth. 18. v. 11. c. 22. v. 13. c. 13. v. 37. Act. 13. v. 46. c. 17. v. 30. Basilius M. T. 1. Oper. concion. 12. in Ps. 45. p. m. 122. Matth. 18. v. 24. seq.

in

in condonandis omnibus etiam graviſſimis & numeroſiſſimis delictis parabolâ *Regis* condonantis ſervo petenti decies mille talentorum. *Auguſtini* de eò verba ſunt *puto enim quia decem mille talentorùm, ut parum ſit, decem millia peccatorum ſunt. Nolo enim dicere unum talentum quod omnia peccata concludat. Idem* paucis interjectis ſic pergit, *ſi conſideremus peccata noſtra & numeremus, quid facto, quid oculo, quid aure, quid cogitatione, quid innumerabilibus motibus neſcio utrum dormiamus ſine talento. Ergo quotidie petimus, quotidie divinas aures orando pulſamus, quotidie nos proſternimus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Quæ delicta tua? Reſpondetur omnia. Sic ergo & tu debitori tuo &c.* Hæc *Auguſtin.* Apud eundem *Matthæum Chriſtus* incolas *Hieroſolymitanos*, qvi erant *trucidatores Prophetarum & lapidatores eorum* qvi ad ſe convertendos mittebantur, qvi converti

Auguſt. T. 9. ſerm. 15. de verbo Domin. cap. 3. p. m. 24. lit. F. Cap. 4. pag. cit. lit. G.

Matth. 23. v. 27.

verti nolebant, habebant, ut à B. *Dorscheo* p. m. in loco qvodam hoc observatum est, non tantum *nolle impeditivum*, qvi obstiterunt aliis, qvò minus ad Christum congregarentur, sed etiam *nolle reprobativum*, qvi se ipsos subducebant vocationi & congregationi *Christi*, repudiarunt ut p. m. *Weterus* habet, tribus qvod ajunt verbis, contumaciter & refractarie verbum DEI, congregare tamen volebat voluntate omnino seriâ ex toto profectâ corde, voluntate non tantum humanâ, sed & divina,) qvi enim esset intentio *Christi* secundum humanam naturam intentioni ejus secundum divinam naturam contraria? & qvis non animadvertit, loqvi in textu *Christum* de sese, qvatenus misit prophetas & scribas ad populum suum, qvod feciisse eum constat secundum utramq; naturam, voluntatem etiam non humanam tantùm sed & divinam? & qvem deniqve fugiat, omne qvod docuit *Christus* fuisse, ut

Dorscheus part. 1. Theol. Zachar. p. m. 28.

Weterus in Paulo Anti-Calviniano §. 9.

ut ipse apud Johannem testatur, *Patris* sui adeoq; ipsius *Christi* ut DEI doctrinam & voluntatem? conferatur de Ecclesiâ *Christi* meritissimus Theologus jam in cœlis triumphans *Taufrerus*) *quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.* Apud *Marcum Christus* officium suum ita describit: *non veni, ut vocarem justos, nimirum* verè & perfectè tales & ἀναμαρτήτους qvi post lapsum non sunt, *sed peccatores* ἁμαρτωλοὺς, non tantum levium peccatorum reos, sed & infames, grandes, criminosos, abominabiles, sicut hæc vox alibi sumitur, *ad pœnitentiam.* Qvantum est etiam, *ὁ homo peccator*, benignitatis divinæ momentum in *Christo* ex commiseratione intimâ cum lacrymis multis deplorante excidium *judæorum* apud *Lucam?* Sic enim contestatus est omnibus voluntatem suam gratiosam & misericordem, qvâ salvare paratus erat antecedenter eos etiam, qvi *non cognoverant tempus visitationis suæ*, id est *Christum* cum suo merito &

Joh. 5. v. 30. c. 8. v. 4. 26, 28, c. 14. v. 24

Taufrerus disput. Apologet. contra Piscatorem 3. §. 33.

Marc. 2. v. 17.

Luc. 19. v. 41.

beneficiis ex incredulitate contumaci repudiarunt. Apud eundem Evangelistam *Christus* jam cruci affixus petiit à *Patre* remissionem peccatorum etiam se ipsum crucifigentibus. Qvantum autem est crimen, qvam horrendum & abominabile facinus *Christum* salvatorem mundi crucifigere? Et tamen precatione & intercessione suâ *Christus* illis etiam, à qvibus crucifigebatur, fores gratiæ & benignitatis divinæ ad consequendam remissionem peccatorum aperuit, modò pœnitentiam agerent. Dubium qvoq; nullum est, cum oratio *Christi* efficax sit, *Christus* qvoq; à *Patre* semper exaudiatur, multos ex crucifigentibus *Christum* efficaciâ precum *Christi* esse conversos. *Judæos*, ait hæc considerans *Augustin: jam petebat veniam, à qvibus adhuc accipiebat injuriam. Non enim attendebat, quod ab ipsis moriebatur, sed quod pro ipsis moriebatur* Hæc ille. In Actis *Simon μαγεύων* qvi *exercuerat artem magicam & gentem Sa-*

Luc. 23 v. 34.

Job 11. v. 42.

Augustin 9. Tract. 3. in Johannem. p. m. 89 lit. H

ma-

mariæ obstupefecerat præstigiis suis *Diabolicis*, dicens se esse aliqvem magnum, postqvam fidei veræ & justificantis, qvam cum aliis *Samariæ* incolis per præconium *Philippi* acceperat, fecerat naufragium, pecuniâ ad gloriam nominis sui & dementandos porro homines ausus erat emere facultatem dandi perimpositionem manus *dona Spiritus S.*, cui ex ore arguentis *Petri* non erat pars in negotio salutis ab *Apostolis* prædicatæ, qvia *cor non erat rectum in Dei conspectu*, vocatur tamen juxta voluntatem DEI antecedentem & gratiosam hisce verbis: *Resipisce igitur ab istâ malitiâ tuâ & roga Deum, εἰ ἄρα ut sanè remittatur tibi machinatio cordis tui.* In epistolâ ad *Romanos* *Deus* dicitur *concluſisse omnes* εἰς ἀπείθειαν sub *incredulitatem, non* illam in ipsis operando, vel etiam ad illam eos impellendo, sed per verbum legis esse eos peccatores arguendo, & reos æternæ damnationis declarando, uti explicat *Apostolus* in epistolâ ad *Galatas, ut o-*

Act. 8. v. 22.

Rom. 11. v. 32.

Gal. 3. v. 22.

mnium etiam misereatur. Non igitur illi tantum, qvi leviter peccarunt, sed & qvi graviter enormiterq; deliqverant rejiciendo per incredulitatem verbum DEI prædicatum, promittitur ex antecedente DEI voluntate, gratia & misericordia DEI, cum & per verbum legis peccati arguat DEUS non tantum, qvi leviter sed & qvàm maxime, qvi graviter & enormiter peccant, imo promiscuè omnes homines, qvi absq; discrimine sunt peccatores carentes *gloriâ quam apud Deum habere debebant*, in qvos *omnes etiam pertransiit peccatum*. Non igitur cum *Bezâ* per omnes sub incredulitatem conclusos intelligimus exclusivè solos contumaciter *Evangelio* resistentes, cum &ij dicantur filii incredulitatis, qvibus *Evangeliũ* nunqvam est annunciatum, uti *Apostolus* in Epistolis ad *Ephesios & Colossenses* dicit, seqveretur etiam, si per incredulitatem hic exclusivè intelligeretur contumacia rejiciendi Evangelium actu prædicatum, omnes etiam qvorum *Christus* est misertus, restitisse E-

Rom. 3. v. 24.
Rom. 5. v. 12.
Ephes. 2. v. 2. c. 5. v. 6.
Colos. 3. v. 6.

vangelio, cujus contrarium vel ex unico *Actorum* Apostolicorum loco videre est, sed cum hisce contumacibus simuletiam omnes omnino homines peccato infectos, à qvibus nemo communi modo ab *Adamo* descendens eximi potest. Igitur illorum est misericordia DEI vel ad illos pertinet juxta voluntatem DEI gratiosam misericordia DEI condonans delicta, justificans, salvans, qvi per *scripturam* legis arguuntur peccatores. Jam autem omnes omnino homines nullo excepto arguuntur tales, Ergò. Propterea non datur in mundo peccator tam enormis, flagitiosus, horrendus, qvi seriò pœnitentiam agens juxta voluntatem DEI antecedentem salvari non possit, etiamsi *judæ* sit similis, illoq; etiam deterior. Cum *ubi auctum est peccatum, ibi etiam superabundaverit gratia; & nulla sit condemnatio in iis qui sunt in Christo Jesu, cum sanguine Christi mundentur, purificentur ab omnibus peccatis.* Egregia sunt etiam *Pauli* in epistola ad

Act. 13. v. 48

Rom. 5. v. 20.

Rom. 8. v. 1.

1. Joh. 1. v. 7.

1. Tim. 1. v. 15. 16. Timotheum verba: *Certus est hic sermo & dignus, qui modis omnibus recipiatur, Christum Jesum venisse in mundum, ut peccatores salvaret, quorum primus ego sum; Verùm ideò misertus est mei, ut in me primò ostenderet omnem lenitatem, ut essem exemplar credituris ipsi ad vitam æternam.* Nota 1 finem adventus *Christi* in mundum esse, ut salvaret peccatores, absq; exceptione omnes. Nota 2 hunc finem adventus pertinere ex antecedente & gratiosa DEI voluntate ad eos etiam, qvi præ aliis enormes sint peccatores, & inter eos, qvi enormiter peccant primi & præcipui. Sub illis enim peccatoribus, ad qvos salvandos *Christus* venit, etiam *Paulus* continetur, qvi se dicit inter peccatores primum, id est pessimum interprete *Augustino*, Qvi & alibi ait: *Quid est ergo primus? antecedens omnes non tempore sed malignitate.* Hæc *Augustinus*. Dum autem *Paulus* exaggerat suam malignitatem, Dei simul miris modis deprædicat in recipiendo peccatore pessimo, primo & præcipuo præ omnibus benignitatem. In qvem sensum à *Basilio*

Augustin. serm. 10. ad verba Apost. item, enarrat, n. P. 70.

filio de hoc *Pauli* loco benè dictum est: *Paulus ex persecutore prædicator est. At hic est quæstio: Verum quod dicit ipse? Jesus Christus venit in mundum ut peccatores salvaret, quorum primus sum ego. Propriam tenuitatem manifestat quo Gratiæ magnitudinem ostendat.* Nota 3. *Paulum* pessimum & præcipuum peccatorem, in eo, quod misericordiam consecutus est, exemplar esse omnibus in *Christum* credentibus ad vitam æternam. Igitur qui ad exemplum *Pauli* pœnitentiam agunt, etiamsi primi præcipui & maximi sint in mundo peccatores, ad exemplum *Pauli* consequentur in *Christo* gratiam, peccatorum omnium remissionem & deniq; salutem æternam. Nota 4to hunc sermonem esse πιςὸν καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον *certum certitudine divinâ* & infallibili, adeoq; dignũ, qui modis omnibus accipiatur. Hoc *Spiritus S.* oraculũ inscriptũ omnium peccatorũ pœnitentiũ cordibus nõ literis aureis sed vivâ Spiritus S. virtute & efficaciâ optem, & consequentur in omnibus animæ angustiis fiduciam omnibus satanæ & inferni machinationibus majorem. Hoc illud est, quo nuper ipse ego in principio morbi mei ignitis *Diaboli* telis vexatus victoriam obtinui & solatium, propterea q; *Deum* omnis solatii deprædico & laudo. Agnosco & confiteor tibi, O Deus, qui cuncta perspicis,

Basilius T. 1. *Op. in Concion. de pœnit. p. m. 263.*

qvi nosti arcana cordis mei, cogitata, dicta omnia, tibi inqvam confiteor tenuitatem & indignationem meam, qvæ est præcipua & prima, si cuncta examinentur inter homines. Tu interim mei misertus condonas mihi exmultis miserationibus tuis omnia peccata mea, cum *Christus Jesus* venerit in mundum, ut peccatores salvaret. Hæc est illa gratiæ magnitudo, qvam in me indigno maximo & primo peccatore recipiendo ostendis, qvam & ego percipiens cunctis deprædico & laudo, ut id teneant tanqvã certum sermonem & dignum, qvi modis omnibus accipiatur. Vos autem, *O mei*, qvi hæc legitis & qvos præcipue spectat mea hæc parænesis, *dilecti Auditores*, propter vilitatem, infirmitatem & indignitatem personæ miseræ ne despicite officiũ, qvominus opere ipso compleatis monitum

Heb. 13. v. 7. *Apostoli: Memores estote ducum vestrorum, τῶν ἡγουμένων ὑμῶν* id est *eorum, qvi puro verbi præconio & purâ sacramentorum administratione vobis præsunt, qui locuti sunt vobis sermonem Dei, quorum imitamini fidem ἀναθεωροῦντες diligenter & probè considerantes exitum conversationis eorum* Qvi

1 Joh. 5. v. 10. *credit, inqvit Sanctus Evangelista & Apostolus Johannes, in Filium Dei habet testimonium in se ipso: qvi non credit, NB mendacem eum facit, qvia non credit testimonio, qvod testificatus est Deus de Filio suo.*

CAPUT UNDECIMUM.

Idem probatur exemplis ſcripturæ canonicis, ſcilicet Davidis, Manaſſis, Magnæ in Evangelio Lucæ peccatricis, Petri. Inſignium & enormium peccatorum in eccleſia corinthiaca, inter qvos fuerunt ſcortatores, idololatræ, mœchi, molles, ſodomitæ, fures, avari, ebrioſi, convitiatores, rapaces, i-

tem inceſtuoſi ineadē eccleſia, Pauli item Apoſtoli, occaſione cujus obiter oſtenditur contra Hugonē Grotium, vocabulum meriti etiam uſurpari de oblatione primæ gratiæ, Simonis etiam magi.

SEd operæ etiam pretium eſt conſiderare exempla *Scripturæ* in magnis peccatoribus, qvi pœnitentiam agentes conſecuti ſunt ex benignitate DEI omnium peccatorum condonationem. *Davidis* non levia ſed magna fuerunt peccata, adulterii ſcil: & homicidii fraudulenti. Eò autem turpior, fœdior & gravior in eo cenſendus eſt lapſus, quò majorem

rem à DEO consecutus erat gratiæ gradum in illuminatione, nec non donis Propheticis aliisqve prælationibus. *Idem* tamen actâ pœnitentiâ editaqve coram Prophetâ Nathane confessione sincerâ audiit, remissum ipsi jam *à Domino* esse peccatum. Qvot, qvantis, qvàm horrendis criminibus sese polluit impius Rex *Manasses*! *Patrem* Hic habuit pium & in cultu DEI puro restituendo Zelosum valde, adeoq; DEO præprimis charum *Regem Hiskiam*. In eo habere poterat & debebat etiam *Manasses* imitationis & seqvelæ exemplum. Sed dissimilis omni ex parte *patri* fuit *filius*. Peccaminosus etiam censendus ex eo, qvod tam illustre & propinqvum habens in suâ cognatione exemplum pietatis, tam turpiter eo neglecto omnia avia secutus sit. De *Albini* Pontificis Gentilis conversione optima qvævis sibi promittit in epistola qvadam *Hieronymus* ob exempla pietatis & Christianismi in familiâ ejus exstan-

2. Sam. 12, 13.

stantia. Erat namq; Albinus ille matrimonio junctus *Paulæ Christianæ*, & genuerat *Toxotium*, qui ductâ in uxorem *Lætâ* Christiana ad fidem Christi conversus est, ex quo matrimonio *Toxotii* & *Lætæ* nata erat *Paula* itidem Christiana. Audi jam, quam graphicè spem suam de *Albini* conversione eloquatur *Hieronymus*: *Quis*, inquit, hoc *crederet ut Albini pontificis neptis de repromissione Martyris nasceretur, ut presente & gaudente avo parvulæ adhuc lingua balbutiens Christi alleluja resonaret: ut virginem Dei in suo gremio nutriret senex? & bene feliciterq; exspectavimus: sancta & fidelis domus virum sanctificat infidelem. Jam candidatus est fidei, quem filiorum & nepotum credens turba circumdat. Ego puto etiam ipsum Jovem, si habuisset talem agnationem, potuisse in Christum credere.* Idem paucis interjectis hæc habet: *Si non extorquet fidem prudentia, extorqueat saltem verecundia* vid: in epist: ad *Lætam Hieronymus*. Quid igitur de

Ma-

Manasse dicemus filio Regis *Hiskiæ* pii & Zelosi ? Qvot laudabilia ad propagandum verum DEI cultum, ad excitandum in subditis infucatum DEI timorem edidit *Hiskias* Rex specimina, tot reliqvit filio *Manassi* seqvelæ laudabilis exempla & monita. Intuens hæc *Manasses* habebat unde extorqveretur fides in DEUM & pietas, si non ex prudentia, saltem ex verecundiâ. Majoris turpitudinis est, filios parentum piorum fœdis sese inqvinare criminum sordibus, qvam qvi nulla laudabilium actionum in progenitoribus vident vestigia. Igitur qvam fœdè deliqverit à Parentis Regis pii virtutibus deficiens *Manasses* ad horrenda qvævis ex relatione ipsius *Spiritus S.* audiamus. *Fecit*, inqvit, *ille malum in conspectu Dominij juxta idola Gentium, qvas delevit Dominus à facie filiorum Israel. Conversus q; est & ædificavit excelsa qvæ dissipaverat Ezechias pater ejus, & erexit aras Baal, & fecit lucos, sicut fecerat Achab*

Hieron. T. 1mo Oper. epist. epist. 7tima ad Lætam p. m. 54, 55

2. Reg. 2. v. 2. seq.

Rex Israel, & adoravit omnem militiam cœli, & coluit eam. Exstruxitq; aras in domo Domini, de qva dixit Dominus: In Jerusalem ponam nomen meum. Et exstruxit altaria universæ militiæ cœli in duobus atriis templi Domini. Et traduxit filium suum per ignem, & ariolatus est, & observavit auguria, & fecit Pythones & Auspices multiplicavit, ut faceret malum coram Domino, & irritaret eum. Posuit qvoq; idolum luci qvem fecerat in templo Domini, super qvo locutus est Dominus ad David, & ad Salomonem filium ejus: In templo hoc est in Jerusalem, qvam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternũ, illi vero non audierunt, sed seducti sunt à Manasse, ut facerent malum super gentes, qvas contrivit Dominus à facie filiorum Israel: Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Jerusalem usq; ad os vel ad summum usqve. Judica *amice & Christiane Lector*, an potuerint fœdiora & turpiora eommitti crimina

qvam

qvam qvæ in diebus ſuis audacter patravit *Manaſſes*. Et tamen, qvæ admiranda eſt DEI in condonandis peccatis benignitas, *Manaſſes*, poſtqvam vinctus catenis & compedibus à *Rege Aſſyriorum* ductus eſt in *Babylonem*, actâ in anguſtiis pœnitentiâ, conſecutus eſt peccatorum omnium remiſſionem: Deus qvoqve exauditis ejus precibus reduxit *Manaſſem* in Regnum ſuum, & ſic Hic correxit illa qvæ antea deliqverat, uti in libris Chronicorum videre eſt. 2. paral. 33. v. 12. ſeq.

In N. T. apud *Lucam* occurrit exemplum *magnæ peccatricis*, qvæ ab ipſo *Spiritu S.* vocatur γυνὴ ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλὸς. Dubium nullum eſt, qvin plures fuerint in urbe mulieres peccato originis infectæ, qvales erant omnes qvi in eâ habitabant; qvin etiam fuerint ibidem plures qvotidianis, non venialibus tantum, ſed & mortalibus involutæ delictis. Sed hæc illa eſt, qvæ præ omnibus vocatur ἁμαρτωλὸς nimirum malitioſa, publicè notoria & enormis, in qvo ſen- Luc. 7. v. 37. ſeq.

su hæc vox alibi in scriptura sumitur. Cumq; hæc sola sit & unica, qvæ in urbe dicitur ἁμαρτωλὸς, non habuisse putanda est similem sibi in infamibus factis, ut sic mereatur dici prima & præcipua in tota urbe peccatrix. Qvodnam genus flagitii commiserit, licet apertè in textu non dicatur, colligi id tamen aliqvaliter potest ex conditione sexus. Mulier namq; dicitur. Igitur non ob latrocinia, & vim apertam aliis illatam, sed ob impudicam & prostitutam vitam hunc præ aliis titulum ἁμαρτωλὸς consecuta est. Constans præterea omnium veterum sententia est, fuisse nobile & infame scortum, vel mulierem portentosæ libidinis, qvalis fuit apud *Romanos Claudii Cæsaris uxor Messalina*, qvæ innumeris adulteriis non contenta etiam in Lupanari se ipsam prostituit, alias qvoq; fœminas nolentes volentes ut id facerent induxit, similia vide de *Lampadione* meretrice apud Marc. Terent. Varron. *Nannio* meretrice

Matt. 9. v. 10. Luc. 15. v. 1, 2. Gal. 2. v. 15. 1. Tim. 1. v. 15.

in

in *epistolis philologicis* ex *Bibliotheca Goldasti* editis, *Rhomylda* & *Brunhylda* reginis apud *Aventinum*. Hinc & *Simon pharisæus*, qvi *Christum* in vitaverat, de muliere inqvit, τίς καὶ ποταπὴ, qvæ & qvalis est hæc mulier. Habet Vocabulum ποταπὸς significationem non simplicis & nudæ qvalitatis sive bonæ sive malæ, sicut vocabulum πῶς, sed emphasin qvasi admirationis & excellentiam & enormitatem. *Isidorus Peluſiota meretricem* vocat *libidini atq; impudicitiæ* ut *interpres* vertit *ſtudentem:* Hæc tamen tam enormis peccatrix, infamis meretrix interveniente pœnitentiâ sincera, ab ipso *Christo* consecuta est absolutionē, & ex ore ipsius *Christi* audivit: *Remissa sunt tibi peccata*, fides *tua te servavit*, *vade in pace*. Sedulius de hac muliere ita canit

Marcus Terent. Varro in ſatyr. Menipp. p. m. 2. & conjectanea Popmæ p. m. 135. Centur. epiſtol. philolog. ex Bibliotheca Goldaſti editarū à Conringio epiſt. 7. qvæ eſt philelphi ad Saxolum pratenſem p. m. 24. Avent. lib. 3. Ann. Bojor. p. m. 275, 277.

- - - Purgata receſſit
Per gemitum propiiq; lavans in gurgite fletus
Munda ſuis lacrymis redit & deterſa capillis.

Isid. Pelusiot. l. 1 epist. 195. ad Orionem Monachum. p. m. 48. item in epist. 142 ad Ironē Scholasticū p. m. 36, 37. Sedulius lib. 3.

Isidor: Pelusiota l. c. ait eam in peccatis suis non esse oppressam à *Deo*, ne *deessent exempla pœnitentiæ*, itē, *à Christo esse à Spirituali morbo liberatam.* Huic enormi *peccatrici* jungimus enormem qvoq; peccatorem *Apostolum* & *Discipulum Christi Petrum*, qvi sedulus in Scholâ *Christi* per triennium auditor operumq; miraculosorum spectator, obligatus præterea juramento ad standum & manendū cum *Christo*, trina vice eum abnegavit, ita ut cœperit se ipsum καταναθεματίζειν *devovere* & *jurare*, dicens, *non novi hominem.* Gravis & enormis hic fuit lapsus *Petri*, & uti insignes qvidem *Ecclesiastici Scriptores* docent, certis ex circumstantiis *Judæ* lapsu gravior. Nec tamen, qvod *Richardus Thomsonus* asserere audet, ex intentione sua *Christum* dixit esse καταπάθεμα, verum qvia cœpisse dicitur καταναθεματίζειν, fidei suæ negationem fecit mediante καταναθέματι. Qvisqvis autem negat *Christum*, is iterum ab *ipsō* negabitur.

Richar. Thomsō. in Diatribe cap. 18. p. m. 50.

Fe-

Petrus autem etiam post enorme hoc delictum, interveniente pœnitentia, consecutus est omnium peccatorum condonationem, confirmatus & in Apostolatu, & præ omnibus *Discipulis* nominatim meruit nuncium de *Resurrectione Christi*. *Abite*, inqvit *mulieribus Angelus*, *dicite discipulis ejus & Petro*, *ipsũ præire vobis in Galilæam*, *illic eum videbitis*, *prout dixit vobis*. *Petro* dicite, magno illi peccatori ingens sui solatium, ne in conscientiæ angustiis propter enorme abnegationis crimen desperet, & sciatme ex gratia adhuc sui esse & futurum memorem. Notanda sunt *Gregorii M.* verba qvæ hæc sunt: *Qværendum nobis est*, *cur nominatis Discipulis*, *Petrus designetur ex nomine*. *Sed si hunc Angelus nominatim non exprimeret*, *qvi Magistrum negaverat*, *venire inter discipulos non auderet*. *Vocatus ergo ex nomine*, *ne desperaret ex negatione*. *Hæc ille*. Ad *Corinthios* Paulus ita scribit: *ne errate*, *neq; scortatores*, *neq; idò-*

Matt. 16 *v.* 33.

Marc. 16 *v.* 7.

Gregorius M. T. 2. *homil.* 21. *in Evangel. p.m.* 405.

1. *Cor.* 6. *p.* 9, 10, 11

idololatræ, neq; mœchi, neq; molles, neq; qui concumbunt cum masculis, neq; fures, neq; avari, neq; ebriosi, neq; convitiatores, neq; rapaces regnum DEI hæreditabunt. Et tales fuistis, τινες, non omnes, *quidam* tamen ex vobis tales fuerunt. *Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini JESU & per Spiritum DEI nostri.* Paulus
1. Cor. 5. v. 1. etiam *incestuosum Corinthiacũ* turpitudine tali inqvinatum, ut novercam suam non polluerit tantum, sed & uxoris loco habuerit, cum qva qvotidie contra interdictum divinum illicitè & turpiter consvevit, qvod crimen fuit, dicente *Paulo*, ne qvidem gentibus honestioribus cum delectatione nominatum, hunc inqvam turpem & infamem peccatorem acta pœnitentia *Paulus*, vult recipi iterum ab
2. Cor. 2. v. 6. 7. Ecclesia, condonatâ turpitudine, vult solatio erigi ne qvomodo redũdante tristitia absorbeatur. Qvalis qvæso *Paulus* fuit momento eo, qvo fulgore & voce cœlesti ad terram

ram proſtratus condonatis peccatis recipi meruit in gratiam? Spirans adhuc minas ac cædem adverſus *diſcipulos Domini* adiit *Pontificem Maximum*. & petiit ab eo epiſtolas perferendas *Damaſcum*, *ut ſi qvis inveniſſet hujus ſectæ tum viros tum mulieres vinctos abduceret Hieroſolymam.* In hoc perſecutionis actu conſtitutus *Paulus* divinitus convertitur, fitq; electum DEI in præconio verbi & converſione gentiū organum. Qvò pertinent emphatica hæcce verba ἐμπνέων. Qvi ex labore qvodam & curſu adhuc *anhelus* eſt, recens ex eo venire arguitur. *Lucas* autem *Paulum* deſcribit tanqvam adhuc *anhelantem* & *flantem*, exq; fervore iterum ad minas redeuntem ac cædes denuo agitantem, ut ſic indubium ſit, tum, cum receptus in gratiam eſt, recentiſſimè *Paulum* veniſſe à cæde & perſecutione *Diſcipulorum*, & jam aliorum etiam lupi inſtar inſatiabilis ſangvinem ſitire. *Idem* de ſe ipſo ita ſcribit: *Qvi prius eram blas-* Act. 8. v. 1.

1. Tim. 1. v. 13. *blasphemus, & persecutor & injuriosus* ἀλλ' ἠλεήθην id est, ut *vulgatus interpres* vertit, *Misericordiam DEI consecutus sum*, qvæ lectio etiam tenetur ab auctore commentariorum sub *Ambrosii* nomine in operibus ejus exstantium. Pro qvo dum *Cyprianus* habet, *misericordiam merui*, sciendum, nihil illum velle aliud, qvàm *misericordiam consecutus sum*, præcisâ omni meriti veri & propriè dicti præsumptione. Sic namqve *veteres* usurpant hoc verbum, ut idem illis sit qvod consequi, non ut mercedem, qvæ certè *Paulo* blasphemo &c. nulla propter carentiam meriti debebatur, sed ut eventum qvendam, qvem qvis sine intuitu alicujus præcedentis meriti, imò interdum contra meritum consequitur. In qvo sensu à *Cypriano* in epistola ad Fidum dicitur: *Infantes hoc ipso de ope nostra & de divina misericordia plus merentur, qvod in primo statim nativitatis suæ ortu plorantes & flentes nihil aliud faciant qvam deprecentur.*

Cyprianus epist. 73. ad jubajanum de Haret. Baptizandis p. m. 181, 182.

Cyprian epist. 59 qvà ad Fidum. p. m. 135.

Unde

Unde audax nimis *Hugonis Grotii* in annot: ad consult: *Cassandri* art: 4. assertio est: *Vocem meriti nunquam usurpari à veteribus, ubi de vocatione aut primâ oblatione misericordiæ divinæ remittentis priora crimina* vel *delicta agitur.* Certè negari neqvit, *Pauli & infantium* nondum in gratiam receptorum talem fuisse & esse conditionem, de qva tamen *Cyprianus* meriti vocem usurpat. Conferatur *Hülsemannus.* Sed hæc obiter. Qvanta autem & qvàm admiranda hæc fuit DEI erga *Paulum* è cæde discipulorum adhuc *anhelantem*, ex fervore aliorum qvoq; cædes agitantem, blasphemum, persecutorem, injuriosum benignitas, ut condonatis omnibus delictis eum receperit illuminatum in gratiam! *Bernhardus* de eo graviter loqvitur: *Qvis*, inqvit, *ultra desperet pro magnitudine cujuslibet criminis, qvando qvidem Saulum audiit adhuc spirantem minarum & cædis in discipulos Domini, subito factum vas electionis? qvis dicat*

Hülsem. in Harm Apost. SS. Pauli & Jacob. §. 36. p. m. 35.

Bernh. Sermon. 1mo. in conversione Pauli f. m. 20. B.

cat iniqvitatis pondere pressus, assurgere jam ad studia meliora non audeo: qvando in ipso itinere, qvo sanguinem sitiens Christianorum dirum toto pectore virus efflabat, persecutor crudelissimus in fidelissimum repente mutatus est prædicatorem. Magnificè siqvidem in hac unâ conversione & misericordiæ magnitudo & efficacia gratiæ commendatur. Hæc Bernhardus. Addimus qvoq; considerationem *Simonis μαγεύοντος*. Differre *Veneficii* crimen à *peccato in Spiritum S.* 1. caussâ efficiente proximâ 2. qvalitatibus & circumstantiis caussarum peccantium 3. formâ & modo 4. speciebus veneficii variis 5. adjunctis, latè & eruditè probavit *B. Dnus. Feurbornius*: Negari tamen neqvit, qvod & asserit l. c. Beatus *Feurbornius*, esse *illud huic* valde vicinum atq; simile in qvibusdam punctis, cum & *venefici* abnegent, oppugnent & blasphement DEUM, fœdusq; cum *Diabolo* percutiant. Huic *Magiæ* & *veneficii* horrendo crimini deditus *Simon*

Feurbornius in Tract. de Peccat. in Spiritum S. cap. 37. p. m. 513, 514, 515, 516, 517.

mon Magus, per fidem veram & justificantem consecutus est peccatorum remissionem, à qvâ tamen mox iterum descivit. Non enim fuisse fidem merè historicam sed justificam, qvâ in *Actis* credidisse dicitur, vel exinde patet, qvod qvâ fide crediderunt *Samaritani*. eâ etiam credidisse dicatur Simon Magus (adhibet namq; *Spiritus* S. eadem sine ullâ disparitate & mutatione ullâ de utrisq; verba) At dubium nullum est, qvin verâ & salvificâ fide crediderint *Samaritani*, id qvod vel ab ipso Calvino in h. l. conceditur. Ergo & *Simon Magus*. Adde, qvod etiam in textu dicantur *Samaritani* recepisse *verbum Dei*, qvæ phrasis alibi est descriptio veræ & salvificæ fidei, confer *Colloqvium Mompelgardense*, *Theologos Würtenberg*. *Theologos Giessenses*, *Meisner*: & *Affelmannum*. Igitur qvi verâ & salvificâ fide ad *Deum* à *Veneficii* crimine conversus est *Simon Magus*, is etiam impetratâ veniâ & remissione peccatorum

Act. 8. v 13.

v. 14. Act. 17. v. 11. 1. Thes. 2. v. 13. Colloquium Mompelgard. de Baptismo p. m. 379. Theologi Wurtenbergici in

receptus est â Deo in gratiam, qvem effectum, uti notum, fides vera & justificans producit.

Refut. Computation. p. m. 378 456. 477 Tom. 7. Giessen. p. m. 325. Meisner. Anthropol. 5. Decad. 2. disp. 19. p. m. 315. Affelmann in Disput. de Prædestinat. §. 25.

CAPUT DUODECIMUM.

Idem ostenditur ex sententiis, exemplis & praxi antiqvorum Ecclesiæ Doctorum. Illustre affertur exemplum illius, qvi, postqvam ex Discipulo Johānis factus erat latronum Dux, postea tamen actâ iterum pœnitentia receptus est in gratiam: Nec non sententia Clementis Romani, item canon secun-

cundus concilii Laodiceni, Chrysostomi constans in aliqvot locis sententia, Gregorii M. ex qvo etiam præter dicta qvædam producitur exemplū hominis extremè impii postmodum tamen conversi. Sententia Anshelmi: exempla duo alia magnorum peccatorum ex vitis patrum repurgatis per D. Georgium Majorem. Subjungitur paræneſis ad Lectorem,

cui addituralia ex Gregorio M.

PLacet jam adjungere *Scripturæ* oraculis & exemplis etiam sententias & exempla *Antiquorum*, ut notum fiat, perpetuam hanc fuisse *Ecclesiæ Christianæ & Orthodoxæ* de benignitate DEI doctrinam. *Ille*, qvem ex *discipulo Johannis Apostoli & Evangelistæ* factum esse diximus latronem insignem, *juvenis*, referente *Eusebio*, ita conversus & gratiam consecutus est. *Johannes*, auditâ ejus morte spirituali, ruptâ veste & magno cum planctu suum ipsius caput tundens, *detur*, inqvit, *jam mihi equus, & sit mihi quisquam viæ Dux. Accepto equo properavit ex Ecclesiâ, quantum potuit. Cum aut em ad destinatum locum venisset, montem scilicet illum, quem cum simili suorum exercitu contra Ecclesiam occupaverat latro ille magnus aliquando Johannis discipulus, ab excubiis latronum capitur, nec fugiens, nec detrectans, sed clamans, ad hoc*

ipsum

ipsum veni, ducite me ad Principem vestrum, qui interea, ut armatus ex speculabat. Ubi verò accedentem agnovit, quod Johannes esset, pudefactus in fugam vertitur. Senex vero fugientem pro viribus insequitur, ætatis suæ oblitus, clamans, quid me, fili, Patrem tuum fugis nudum ac senem. Miserere mei, fili, ne timeas, habes adhuc salutis spem: Ego Christo rationem pro te reddam: mortem, si necesse sit, pro te subibo, sicut & Christus pro nobis. Animam meam pro te dabo. Crede mihi, Christus me misit. Ille verò, cum ista audisset, primùm constitit quidem, sed vultu demisso, deinde & arma projicit, mox intremuit etiam & acerbè flevit; Accedentem verò senem complexus fletuq; respondens, ut potuit lachrymis denuò baptizatus est, dexterâ duntaxat occultatâ. Apostolus autem eum, cum promisisset & juravisset, quod remissionem ipsi à servatore impetraturus esset, orasset etiam & in genua procubuisset, ipsam quoque dexteram, tanquam per pœniten-

nitentiam jam repurgatam deosculatus esset, ad Ecclesiam reduxit. Et cum assiduis precationibus pro eo orasset, continuisq; jejuniis decertasset, ac mentem illius variis sermonibus demulsisset ac confirmasset, non recessit, sicut ajunt, priusquam eum Ecclesiæ restituisset, atque ita magnum veræ pœnitentiæ exemplum magnumq; regenerationis experimentum ac tropæum visibilis resurrectionis exhibuisset, quæ à curioso & salutis suæ avido *Lectore* apud *Eusebium* legi possunt. *Clemens Romanus* graviter lapsis pœnitentiæ locum in *Ecclesia* adhuc superesse hisce asseruit verbis: *Circumspiciamus*, inqvit, *omnes mundi ætates, & discamus, quod in omni generatione volentibus ad ipsum converti pœnitentiæ locum concesserit.* Cumq; *Noam & Jonam* pœnitentiam prædicasse imò Deum ipsum nos ad eam invitare ex Ezech. & Esaia ostendisset, hæc subjicit: *Volens igitur omnes dilectos suos pœnitentiæ participes fieri, omnipotente sua vo-*

Euseb. libr. 3. Hist. Eccl. c. 23. p. m. 39, 40. Clemens Roman. in epist. ad Corinth. Priori à Patricio Junio Britanniæ Regis Bibliothecario ex laceris reliquiis vetustissimi exemplaris

lan-

luntate (eam) *stabilivit, quare magnificæ ejus & gloriosæ voluntati obsequamur, & suppliciter misericordiam & benignitatem ejus implorantes, relictis vânis operibus contentione & æmulatione, quæ ad mortem ducit, ad miserationes ejus advolvamur & convertamur.* Canon *secundus Concilii Laodiceni*, qvi in *codice* canonum universæ *Ecclesiæ* edito & notis illustrato est canon CVI. ita habet: *Quod oportet eos, qui diversis delictis peccaverunt & in oratione confessionis & pœnitentiæ perseverant, perfectam à malis suis conversionem demonstrantes, tempore pœnitentiæ eis dato, propter misericordiam & bonitatem Dei communionem concedi.* *Chrysost:* præ aliis copiosus est multis in locis ad inculcandam hanc DEI erga magnos peccatores benignitatem. Qvem audiemus. Sic autem *ille* in Ps. 50. inqvit: *Dixisti*, inqvit, *magnam* (misericordiam) *edicito quantam! Quanta sit nescio, quod grandis est novi. Quantam autem non valeo*

Bibliothecæ Regiæ erutâ & notis illustratæ denuoq; editâ & assertæ à Joachimo Johanne Madero Helmstadii anno 1654. p. m. 10.12. Canon secundus Concilii Laodiceni, qui in Codice canonū universæ Ecclesiæ est CVI. Tom. I. Bibli-

apprehendere: nescio magnitudinis quantitatem, non comprehenditur verbo. Video namq; fructum misericordiæ grandem. Nisi enim in immensum extenderetur, admodum pauci salvarentur. O grandis misericordia Domini, cum omnis mundus conclusus in peccatis esset, venit creator Universitatis, & principia peccantium evacuavit, ut NB. nullus postea desperaret de salute. Si impius es, cogita publicanum, si immundus es, attende meretricem; Si homicida es, perspice latronem: si iniquus, cogita blasphemum. Considera Paulum Apostolum, prius persecutorem, postea annunciatorem &c. Idem in Epistol. ad Romanos inqvit: Si Cain post cædem etiam ad pœnitentiam, cum à Deo vocaretur, sese contulisset, atque ita impudenter quærenti Deo non respondisset, tam gravia, quæ subinferebantur, non tulisset. Idem ad Theodorum lapsum ita scribit: Cave dicas, iis tantum veniæ locum concedi, qui modicè deli-

oth Juris Canonic. Veteris p m. 50. Chrysost T. 1. homil. 2. in Ps. 50 p m. 740.

Chrysost. in morali exhortatione quæ sequitur sermon. XII in Epist. ad Rom p. m. 135. T. 5. epist. ad Theodorum lapsum p. m. 982.

deliquerunt. *Nam finge, si lubet, NB. aliquem universâ malitiâ redundantem & patrarit omnia, quæ regno excludunt, is, ut demus, non sit extra fidem, sed fidelis aliquando fuerit acceptusq; Deo, postea verò factus scortator, adulter, mollis, pædico, fur, ebrius, calumniator aliaq; id genus flagitia sedulò committat, equidem illi non ero desperandi autor, neq; si perseveravit ad extremam usque senectam cum infandis illis maximisq; vitiis.* Item in eâdem Epistolâ : *Tanta est Dei humanitas, & erga nos amor: Nunquam aversatur pœnitentiam sincerè facta, si quis ad malitiæ fines olim penetravit, illinc eum ad virtutis viam reducere conatur, & suscipit redeuntem & suaviter amplectitur, nihilq; non facit, quo in pristinam dignitatem reformet.* Idem epist. cit. urget exemplum *incestuosi Corinthiaci, quo,* ait, *ostendi ab Apostolo, quod nullum NB. sit peccatum, quod medicinam defugiat.* Qvibusdam interjectis sic pergit. *Ostendit nimirum*

p. 985.

p. m. 987.

p.m.988 rum Apostolus, vel ab ultimâ destructione posse Christum superiorem reformari in nobis. Idem epist. cit. ait Equidem dico, quod supra veri fidem aliis apparet, ne illud quidem peccatum Judæ esse majus, quàm auxilium quod nobis à pœnitentia venit. Similia multa vide in eadem epistolâ. Idem in seqventi epistolâ sextâ, qvæ itidem est ad Theodorum lapsum, inqvit satis durum videtur ac barbarum, his qui devoluti fuerint ad profundum imi gurgitis cænum, si tamen casus prioris crimina emendent, salutare cõversis remedium denegare. Idem homilia ad populum Antiochenum inqvit; Dic mihi, propterea ne contemnis, quod vulnera tot habeas incurabilia? sed, NB. nullum est animæ vulnus incurabile: In corpore quidem multa sunt talia, in anima verò NB. nullum. Idem alibi ait: Licebit præterea nobis, vel si ad ultimam quandam sit deformitatem perventum, eam pulchritudinem recuperare, cujus & David meminit: Desiderabit Rex decorem

p.m. 1000, 1002, 1004, 1005, 1006. Epist. 6. ad Theodor. lapsum p. m. 1015.

Chrysost. T. 5. homil. 40. ad pop. Antiochen. de pœnitentia & quod nõ oporteat de se ipso lapsum desperare p. m. 63.

rem tuum. Augustini egregia verba sunt, Nemo, inqvit, dicat, illud feci, fortè mihi non dimittitur. Quid feci? quantum feci? Dic immane aliquod, quod commisisti, grave horrendum, quod etiã cogitare horres: quicquid vis feceris: Nunquid Christũ occidisti? Non est isto facto aliquid pejus, quia & Christo nihil est melius. Quantum nefas est Christum occidere? Judæi tamen eum occiderunt, & multi in eum postea crediderunt & biberunt ejus sanguinem: dimissum est illis peccatum, quod commiserunt. Idem alibi inqvit: si vos peccatis obnoxios cernitis, nullatenus desperetis: tantum facite pactum in corde vestro cum Deo, ut amplius non peccetis, sed fiducialiter veniam speretis. Nam si adulter quidam, aut meretrix, aut fur, aut ebriosus, aut mendax, aut filiorum necator fuerit, tantùm de cætero penitus caveat, indulgebit illi Deus. Gregorius M. ait: A spei certitudine nulla NB. nos malorum nostrorum qualitas, NB. nulla quantitas frangat. Item cum quis

T. 5. in sermone quod nulla resideat apud nos vitiorum & malorum memoria p. m. 803. August. T. 9. lib. 1. de Symb. ad Catechum. cap. 7. p m. 259. lit. E. August. T. 9. Tract. 20. de Reditudine catholicæ conversationis.

Gregorius M. T. 2. homil. 20. in Evang. p. m. 402. Homil. 39. in Evang. p m. 516, 517. Tom. 2. lib. 7. epist. 53. ad Secundinũ p. m. 954 Anshelmus T. 2. in c. 12. super 2. ad Corinth. p. 283. D. Petrus Blesensis epist. 50. p m 87, 88.

quis vel superbia tumidus, vel carnis facinore pollutus, vel iracundia acceusus, vel crudelitate impius, postquam culpas ad pœnitentiam redit, & vitam æternam percipit, quasi in locum peccator transit alienum. Idem in homiliâ aliâ proponit exemplum hominis profani, qui bona non solum facere, sed etiam audire non poterat, qui nunquam se ad sanctæ conversationis habitum venire, jurando, irascendo, deridendo testãbatur, qvem tamen ait, tandem toto corde ad Deum conversum. Confer eundem in epistolâ qvadam ad *Secundinum*. *Anshelmi* qvoqve egregia verba sunt: *Nulla & criminum tam horrenda macula, quæ per pœnitentiam deleri non possit:* Videri qvoqve meretur *Petrus Blesensis*, cujus egregius in epistolâ qvâdã hâc dere exstat discursus. In *Vitis Patrum* repurgatis per D. *Georgium Majorem* habetur in vitâ *Basilij* exemplum cujusdam scripto suo & proprio Chirographo *Dæmoni* tradito *Christum* negantis & tamen iterum con-

conversi, item exemplum *mulierculæ*, cujus gravissima peccata sunt ipsi condonata per orationem *Basilij*. Addo tandem & illud, nullum dari exemplum peccatoris qvamvis maximi verè pœnitentis, qvi à benignitate DEI & condonatione veniæ repulsam passus sit. Agite igitur, *ô mei*, qvi enormes vestras perspicitis culpas, confugite tot dictis, tot exemplis persvasi ad divinam benignitatem, deprecamini lachrymis & fletibus multis offensas, & nulli dubitetis, qvin protinus omnium delictorum sitis consecuturi veniam. Huc tendit insignis paræneſis *Gregorij* subjecta considerationi latronis in cruce conversi, qvam placet adhuc ad vestram emendationem adscribere: *Præstat*, inqvit, *magnam veniæ fiduciam latro ille venerabilis, qui non inde venerabilis, unde latro; nam latro ex crudelitate, venerabilis ex confessione. Cogitate rogo, quam sint NB. incomprehensibilia in omnipotenti Deo misericordiæ viscera. Latro*

Vitæ patrum per D. Georg. Majorè repurgatæ. p. m. 167. seqq. & p. m. 171. seqq.

Gregorius M. T. 2. homil. 10. in Evangel. p. m. 402, 403.

tro iſte cruentis manibus abſtractus à facie itineris, ſuſpenſus in patibulo crucis, ibi confeſſus, ibi ſanatus eſt, ibi audire meruit: Hodie mecum eris in Paradiſo. Quid eſt hoc? quis tantam bonitatem Dei dicere, quis æſtimare ſufficiat? De ipſa pœna criminis pervenit ad præmia virtutis. Id circo autem omnipotens Deus electos ſuos & quibusdam lapſibus cadere permiſit, ut aliis in culpâ jacentibus, ſi toto ad eum corde conſurgant, ſpem veniæ redderet, & eis per lamenta pœnitentiæ, jam cœleſtem patriam aperiret. Exerceamus ergo nosmet ipſos in lamentis, exſtinguamus fletibus & dignis pœnitentiæ fructibus culpas quas fecimus, ad NB. veniam tempora nobis indulta non pereant: quia qui multos à ſuis iniquitatibus jam ſanatos aſpicimus, NB. quid aliud, quam ſuperna miſericordiæ pignus tenemus? Adjuvet ipſe, quem amamus, JESUS CHRISTUS Deus Dominus noſter, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum.

rum Amen. Hæc *Gregorius* devotè & egregiè, qvæ utinam tuum, ô *amice Lector*, animum tangant.

CAPUT DEC. TERT.

Tertiũ benignitatis divinæ erga peccatores momentum eſt, qvod nec illis, qvi impetrata remiſſione peccatorũ ſæpius labuntur iterũ in peccata mortalia, miſericordiæ fores concludat, ſed & illis revertentibus per veram pœnitentiam veniam indulgeat. Notatur Novati una pœnitentia: Notantur & Pho-

Photiniani, qvorum hæresis proponitur ex Smalcio Photiniano. Harmonia Johannis Stengeri cum Photinianis ostenditur. Notantur & explicantur veterū qvorundam incommodæ locutiones, nimirum Clemētis, Tertulliani, Origenis, Ambrosii. Notantur & qvidam papatus scriptores. Qvibus omnibus contradicit A. C. articulo duodecimo, item Apologia A.C. dicens lapsis

pſis poſt baptiſmum contingere poſſe remiſſionem peccatorum qvocunqve tempore & qvotiescunqve convertuntur.

PErgamus jam ad tertium benignitatis divinæ momentum, in qvo conſideratio noſtra occupabitur circa eos, qvi in impetratâ remiſſione peccatorum ſæpius labuntur in peccata mortalia, qvibus tamen adhuc ſæpius redintegratâ pœnitentiâ, miſericordiæ fores occludendas non eſſe tenemus. Poſt *Novatum*, qvi *Epiphanio* teſte, *unam* tantùm eſſe ſtatuebat *pœnitentiam, & poſt lavacrum non poſſe amplius miſericordiam aſſequi lapſum, Photiniani perditâ ſuâ &* ad *deſperationem ducente* doctrinâ ut

Epiph. T. 1. lib 2. contra haeres. haeres 59. p. m. 161.

Cypriã. lib. 1. epist 1. ad Cornel. quæ est 57. edit. Pamelian. p. m. 132.

Cyprianus de Novatiano Novati in hæresi socio loqvitur, sese ostendunt *misericordiæ hostes & interfectores pœnitentiæ.* Distinguunt namq; inter Christianos Novitios & infirmos assecutos qvidem veritatis Christianæ notitiam, qvi tamen vel extemporis defectu, vel ex ætatis nondum confirmatâ conditione, vel ex aliis qvibusdam impedimentis peccati jugum nondùm excusserunt: & inter Christianos regeneratione jam confirmatos & verè illuminatos, qvi excusso peccati jugo vivunt non juxta carnem, sed juxta spiritum. *Illis* ajunt etiam post agnitam veritatem remitti peccatorum habitus, si resipiscant, *hisce* non item. Audiamus *Smalcium.* Is igitur ad dictum 1. Joh. 2. v. 2. ita scribit: *Tantum ostendit, fieri posse, ut inter eos, qui Christiani sunt, scilicet professione, sint non-nulli, qui nondum habitum peccandi deposuerint, nempè Novitii & infirmi; eos verò si resipiscant, peccatorum remissionem consecu-*

Smalcius in refutat. Thesium Frantzii p. 296.

secuturos. An verò postquam resipuerint semel, iterum tutò & impunè peccare, nova peccata committere, vel in peccato hærere possint, id nec hic, nec alibi uspiam indicatur: Imò *contrarium ejus habetur disertissimè in epistolâ ad Hebræos & alibi nempè impossibile esse eos, qui semel collustrati fuerunt & prolapsi sint, renovari rursus ad pœnitentiam. Breviter: Quicunq; adhuc per imbecillitatem in peccato hæret, vel peccatis, potest resipiscere:* Sed, *qui resipuit, is non potest peccare, hoc est, in peccato illo hærere*, vel *peccata nova subinde committere. Idem* ibidem ait *iis*, (qui scilicet excusso semel peccati jugo) *habitum peccati contrahunt, NB. nulla consolatio in sacris literis usquam proposita est, nec jussi sunt fideles ejusmodi corrigere, cum impossibile* (*nempe quoad homines & revelatam divinam voluntatem*) *sit, tales rursus revocari ad pœnitentiam.* Hæc *Smalcius.* Unum cum illis cornu inflat *Johannes Melchior Stengerus* Diaconus antehac Erfurden-

furdensis, cujus Germanicum scriptum, Die Einscharffung genant/Erffurto ad me *Giessam* ante novennium misit qvidam meum in hâc lite exposcens judiciū. Collegeram autem jam sarcinulas omnes ad iter, qvod *Giessâ Gustrovium* mihi illo ipso tempore suscipiendum erat. Respondi tum sed breviter, ita tamen, ut hunc novaturientem *Novatianum* ejusq; motus seriò improbaverim, additâ unicâ vel alterâ ratione, qvas tunc sufficere & hominem ab aliis etiam Collegiis & ministeriis admonitum veritati cessurum judicabam. Factum autem fuit non ita multò post, ut propter obstinatam *Hæresin* ab officio remotus *Gustrovium* pervenerit, mecumq; viva voce collationem aliqvam instituerit. Promisit etiam se reversurum & admissurum informationem, qvo promisso tamen non stetit, *Gustrovii* videns merces suas non fore venales. Sententia ejus hæc est, *eos, qui in infantiâ baptizati gra-*

ti gratiam regenerationis consecuti sunt, antequam vere illuminentur inque regenerationis statu firmiter constituantur, posse per peccata iterum spirituali obnoxios fieri morti, ita ut indigeant magnâ pœnitentiâ, quam etiam sed *non nisi semel ordinariè consequi possint: Illos autem, qui in regeneratione suâ jam sunt rectè confirmati & verè illuminati, non indigere modo ordinario magnâ pœnitentiâ*: Si *autem obtingit eos labi iterum in peccata mortalia, ad illos ordinariè non pertinere magnam pœnitentiam, per quam iterum regenerari, renovari & salutem consequi possint.* Qvilibet deprehendit, esse ipsum *Photinianismum* incrustatum iterum, qvod egregie ostendit *Dn. D. Joh. Musæus* in tractatu germanico von der Busse/ qvi videatur. Negari etiam non potest esse in Veterum scriptis locutiones qvasdam admodum incommodas, qvæ notari qvidem possunt, non autem per imitationem repeti debent. B. noster

Joh. Musæus im gründlichen und außführlichem Bericht von der Buß *p. m. 656 seqv.*

Gerhardus refert ad eas verba hæc Clementis: *Apparet, sed non est pœnitentia, sæpè petere de iis, quæ sæpè peccantur*: Item hæc Tertulliani: *Intinctionis (baptismi) seræ obstructa collocavit Deus in vestibulo pœnitentiam secundam, quæ pulsantibus patefaciat, sed jam semel, quia jam secundo, sed amplius nunquam quia proximè frustra: non enim & hoc semel satis est?* Lombardus qvoqve producit hæc Origenis in Leviticum verba: *Si nos aliqua culpa mortalis invenerit, quæ non in crimine mortali, vel in blasphemiâ fidei, sed in sermonis vel in morum vitio consistat: hæc culpa semper reparari potest, nec interdicitur aliquando de hujusmodi pœnitentiam agere, sed non ita de gravioribus criminibus. In gravioribus enim criminibus semel tantùm pœnitentiæ conceditur locus. Communia, quæ frequenter incurrimus, semper pœnitentiam recipiunt & semper redimuntur: sed de gravioribus criminibus semel tantùm agitur pœnitentia.* Item illa *Ambrosii:*

Gerhard. T. 3. LL. de pœnitentiâ S. 14.

Petrus Lombard: libr. 4. dist. 14. lit. C. de solenni & unicâ pœnitentia p. m. 453

sii: Reprehenduntur, qui sæpius agendam pœnitentiam putant: qui luxuriantur in Christo. Nam si *verè pœnitentiam in Christo agerent, iterandum posteà non putarent: quia sicut unum Baptisma, ita & una pœnitentia.* Hæc *Ambros. apud Lombard.* B. noster *Gerhardus* l. c. ait, *esse, qui hæc accipienda dicunt de unâ pœnitentiæ formali ratione, in quo sensu recta ait esse verba, sed non ex mente Ambrosii dicta:* Putat igitur rectius intelligi de *pœnitentiâ*, solenni scilicet, qvæ pro graviſſimis fiebat sceleribus in cinere & cilicio, in qvo sensu illa etiam interpretatus est laudatus antea *Scholasticorum Magister Petrus Lombardus* dicens. *Non secundũ generalem sed secundum specialem morem Ecclesiæ de solenni pœnitentiâ dictum intelligitur in cinere & cilicio, quæ pro gravioribus horrendisq; ac manifestis delictis tantum imponitur, & apud quosdam semel celebrata non iteratur, quam & ipse Lombardus ait iterandam non esse* p. m. 451

p. m. 454. *pro reverentiâ sacramenti, ut nevilescat & contemptibilis fiat hominibus*, addit autem in fine, *illum morem in quibusdam Ecclesiis non servari.* Hæc illi. Qvi autem modum aliqvem externum & solennem in cinere & cilicio negat, non statim genus negat & omnem ejus modum seu speciem. Unde & ipse *Lombardus* non negat, graviter lapsorum pœnitentiam nullam esse, sed ex *Augustino* agnoscit esse salutarem, adducens hæc ejus verba: *Quamvis cautè & salubriter provisum sit, ut locus illius humilimæ pœnitentiæ semel in Ecclesiâ concedatur, ne medicina vilis vel minus utilis esset ægrotis: quæ tantò magis salubris est, quantò minus contemptibilis fuerit: Quis tamen audeat Deo dicere: Quare huic homini, qui post pœnitentiam primã rursus se laqueis iniquitatis obstringit adhuc iterũ parcis?* Qvò etiam pertinent ipsa hæc *Lombardi* verba: *Nam & de gravioribus criminibus, si iterentur iteratur pœnitentia.* *Idem* autoritatibus

Augustin. T. 2. Epist. 54. ad Macedoniã.

tibus & exemplis probat, non semel tantùm, sed freqventer etiam dimitti peccata per pœnitentiam, subjungens. *His aliisq; testimoniis pluribus evidenter ostenditur, per pœnitentiam non semel tantùm, sed sæpius nos à peccatis surgere, & veram pœnitentiam sæpius agi.* Hæc *Lombardus* iterum: Qvi tamen non obscurè largitur fuisse in *Papatu*, qvi verbis *Veterum* minus rectè intellectis *contenderunt verè pœnitentem ultra non posse peccare damnabiliter, & si graviter peccaverit, veram non præcessisse pœnitentiam, adeoq; non nisi unam esse pœnitentiam*, id est, *semel tantùm agi pœnitentiam*. Qvem *Novatianismum* A. C. ejusq; *Apologia* articul. 12. rejicit. Sic namq; habent *illius* verba: De *pœnitentia docent* (nostræ Ecclesiæ) *quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum* QVOCUNQVE TEMPORE, *cùm convertuntur. Et quod Ecclesia talibus redeuntibus ad pœnitentiam absolutionem impertiri debeat.*

p.m. 455
p.m. 456
A.C. artic. 12. p.m. 130

Damnantur & Novatiani, qui nolebant absolvere lapsos posl Baptismum redeuntes. In *Apologia* A. C. hæc verba confessionis ita repetuntur:

Apol. A. C. p. m. 161. *Lapsis posl Baptismum contingere posse remissionem peccatorum QVOCUNQVE TEMPORE & QVOTIESCUNQVE convertuntur.* Num hoc est semel & iterum & non potius OMNI TEMPORE etiam SÆPIUS?

CAPUT DEC. QVART.

Notatur hìc primò, causam, freqventis post pœnitentiā lapsus esse hypocrisin & simulationem. Qvod illustratur verbis Cypriani, Gregorii Nysseni, Nicephori Gregoræ, & Gregorii M. item exemplo

emplo Achabi, & Juliani Apostatæ. Notatur hìc secundò, non tam facilem esse lapsum ejus, qvi seriam egit pœnitentiam, qvod illustratur egregiis Macarii & Gregorii Nazianzeni verbis.

REm ipsam ut pro dignitate suâ ad usum *Lectoris* accuratè proponam, dico *primò*, causam, qvare freqvens adeò pœnitentium lapsus sit, esse hypocrisin & simulationem, per qvam ad tempus sub larvâ pietatis & devotionis occultatur improba pravorum hominum mens & intentio, eruptura mox occasione nactâ, & impleto desiderio, in priora crimina, qvæ, utut in externis actibus per aliqvot dies vel septimanas non apparuerit, animus

nimus tamen fovit & frequenter cum delectatione meditatus est. *Caduca namq; ut Cyprianus ait, sunt, quæcunq; simulata sunt, nec fiduciam præbent possidentibus stabilem, quæ possessionis non habent veritatem.* Greg. Nyssenus egregiè illud explicatum dedit hisce verbis: *Ajunt,* inquit *in urbe Alexandri circulatorem & præstigiatorem exercuisse ac docuisse simiam, ut agilitate quâdam in formam & habitum Saltatricis se se componeret: eiq; saltatricis apposuisse personam, ac vestem circumdedisse exercitio convenientem & cum chorũ ei adhibuisset, placuisse ac celebratum hominum sermone in pretio fuisse propter Simiam, quæ ad cantilenæ modos ac numerum sese flecteret contorqueretq;, ac per omnia, quæ & faciebat & facere videbatur, naturam occultaret. Cum autem capti essent rei novitate spectatores, quendam cæteris astutiorem ibi fuisse, qui ludo quodam inhiantibus spectaculo ostenderit Simiam esse Simiam. Acclamantibus enim cunctis*

Cypriani. Epist. 2. ad Donatũ p. m. 5.

Greg. Nyssenus in Tract. Quod nomen professione Christianorum sibi velut scripto ad Hermonium p. m. 1. & 2.

&

& applaudentibus agilitati Simiæ, ad cantum & modulationem aptè se moventis & circumagentis, projecisse eum ajunt in Orchestrâ ex bellariis ea, quæ talium bestiarum ingluviem attrahunt atque invitant: illam verò nihil cunctatam, ut viderit ante chorum dispersa amygdala, oblitam & saltationis & plausuum & vestis ornamentorum accurrisse ad ea, & manuum palmis collegisse, quæ inveniret, & ne impedimento esset, personam ori detraxisse celeriter, atque unguibus suis assimulatam formam corrupisse atque dilacerasse, atque ita pro laudibus & admiratione risum abundè spectatoribus moviisse, ut quæ turpis acridicula ex personæ reliquiis se conspiciendam præberet. Quemadmodum igitur illi non satis fuit falsa atque assimulata adscitaq; forma ad hoc, ut homo existimaretur, deprehensâ per ingluuiem bellariorum naturâ: ita, qui non verè ipsam naturam suam fide formaverint, facilè per Diaboli escâ & ingluviem convincentur, quod aliud sint atque præ se fe-

rant ac profiteantur. Pro caricis enim vel amygdalis aut hujusmodi aliquo cibo, vana gloria, ambitio, lucri voluptatisq; studium, & quæcunq; sunt alia hujusmodi, mala Diaboli annona loca bellariorum avidis hominibus proposita, Simiarum similes animos facilè prodit, qui per fictam imitationem Christianismum simulant, temperantiæ, mansuetudinis aut alicujus alterius virtutis personam in tempore afflictionum sibi detrahentes & amoventes. Hæc ille. Qvid potest esse hisce verius? Qvoties etiâ vos, *ô mei*, per fictam pœnitentiam, fictam humilitatem, fictas lachrymas, fallacia verba, Simiæ naturam occultastis, simulantes externâ devotione, confessione peccatorum privatâ, accessu ad S. cœnam, pœnitentiam & singularem sanctitatem. Qvam citò etiam iterum nactâ compotationis, libidinis, voluptatisq; occasione Simiæ prodidistis naturam redeuntes ad priorem, qvam antea sectabamini peccandi consuetudinem?

nem? Felem pleriq; veſtrum imitamini albam in domo cujusdam *ſutoris*, de qvo apud *Nicephorum Gregoram* legitur, qvod aliqvando cadens in medium vas, qvo coria tingi ſolent, tota nigra evaſerit. Mures rati in nigredine habitum monaſticum & abſtinentiam à venatione & inſectatione, coria ſine ullo metu vagantes reſerunt. Illa verò tantam multitudinem conſpicata capere omnes qvamvis averet, haudqvaqvam poterat, duos tamen comprehenſos devoravit. Reliqvi omnes fugâ ſalutem qvæſiverunt admirantes, qvo pacto ſumpto habitu monaſtico crudelior evaſiſſet. Ad exemplum hujus felis larvam, *quidam veſtrum*, ſuſcipiunt devotionis, nigrum habitum, frontem rugoſam, aſt ſub hoc ipſo habitu mox pejores evaditis, qvia devotio non fuit niſi ſimulata & hypocritica. Unde & à *Gregorio M.* dictum eſt: *Cæpta bona non amitteret, ſi Hypocrita non fuiſſet.* Talis fuit pœnitentia *Achabi Re.*

Nicephorus Gregoras libr. 7. Hiſtoriæ Romanæ p. m. 98. 99

Gregorius M. I. libr. 12 expoſit. Moral. in Job. c. 24. p. m. 428.

bi Regis impii saccum induentis & demissè incedentis & jejunantis, qvi tamē mox ad pristinos eosq; impios reversus est mores. Hâc *Christianismi* larvâ profanâ & Ethnicam mentem vivente *Constantio* occultavit etiam *Julianus*, qvi tamen mentis impiæ arcana interdum detegebat: De qvo ita *Gregorius Nazianzenus*:

1. Regum 12. v. 27.

Gregorius Nazianzenus Orat. 1. in Julian. p. m. 15, 16.

Non jam amplius morbum penitus, quantus erat, celare poterat Julianus, neque omnino impietatis dolum in se ipso tantum philosophicè exercere valebat, sed tanquam ignis in materiâ delitescens, etsi nondum flammam claram emittat, ê scintillis tamen quibusdam micantibus aut fumo è profundo emergente indicatur, aut si mavis, quemadmodum fontes, qui per fistulas quasdam vi spiritus sub terrâ feruntur, postea nec spatium latum neque exitum habent liberum, sæpius terram instant & infernè submurmurant, impetu quodam spiritus impulsi, sed vi suprema cohibiti & intercisi: ita & ille plurimum impietatis ob temporis gratiam & institutio-

tutionem Constantii Imperatoris abscondebat, nondum enim tutum erat palam impiè agere, non-nunquam tamen mentis detegebat arcanum. Hæc ille &c. Dico 2. non tam facilem esse lapsum ejus, qvi seriam egit pœnitentiam, qvi abdicato peccati dominio & *Satanæ* communione Virtutis & pietatis viam cum zelo qvodam ingressus est, & dulcedinem regni DEI cum gaudio qvodam gustavit & pietatem consuetudine qvâdam roboravit. Nam *quemadmodum*, qvæ *Macarii* verba sunt, *aurum & argentum conjectum in ignem purius & probatius efficitur, nec quicquam illud potest mutare nempè vel lignum vel herba. Omnia enim sibi adjecta consumit, quæ quidem in ignem evadunt: sic quoque anima in igne spiritus & in lumine divino conversans, nihil à quoquam pravorum spirituum patitur, & licet appropinquet quid illi, consumitur id à cœlesti igne Spiritus. Aut veluti volucris, si in altum evolavit, secura est, veluti nihil metu-*

Macarius homil. 30. p m. 402

ens aucupes & noxias bestias, siquidem supra dum est, deridet omnes: sic quoque anima acceptis alis Spiritus in sublimes cœli regiones evolans, cum sit omnibus sublimior, omnia risui habet. Hæc ille. Huc qvoqve pertinent verba *Gregorii Nazianzeni*: *Si quis*, inqvit ille, *ad boni alicujus habitum pervenerit, eoq; penitus imbutus fuerit, huic jam in vitium labi difficilius erit, quàm ab initio bonum fieri. Quandoquidem bonum omne tempore ac ratione confirmatum naturæ vim obtinet.* Hinc factum, ut Josephus libidine, sócii Danielis igneæ fornacis & Daniel Speluncæ Leonum comminatione frustra tentati sint, Apostoli qvoqve & *Martyres* qvidlibet pati maluerint, qvàm â veritatis & pietatis, in qvâ confirmati erant à *Spiritu sancto*, consvetudine iterum deficere.

Gregor. Nazianzenus T. 1. operat. 13. quæ est secunda de pace p. m. 77.

CAPUT DEC. QVINT.

Notatur tertio, in verè etiam

etiam illuminatis, regeneratis & renovatis manere principium carnis spiritui obnitentis, qvo etiam Sanctissimi qviqve proclives trahuntur in gravissimos lapsus, inqvos etiam tristi lapsu interdum ruunt. Illustratur sententiis Leonis Magni & Gregorii Nazianzeni: Oraculis scripturæ Gal. 5. v. 17. Rom. 7. v. 8. qvæ dicta ostendunt remanere in renatis ex principio carnis proclivitatem ad

vitia & delicta accedente occasione & tentatione gravi opinione citior ad lapsum via est. Illustratur ex proclivitate ad iram, qvæ exemplo Davidis demonstratur, ex proclivitate ad pusillanimitatem, de cujus effectu agitur ex Drusio, Chrysostomo & Balduino. Ex hoc carnis principio qvandoqve etiam fieri solet, ut pii propter calamitates varias adigantur ad diffidentiam & impatientiam.

Item

Item ex proclivitate ad ſuperbiam.

DIco 3. manere tamen in illis etiam, qvi verè illuminati inqj pietatis & veritatis agnitæ conſvetudine roborati & confirmati ſunt â ſuperiori virtute, principium carnis ſpiritui obnitentis, ex qvo etiam ſanctiſſimi qviq; prolives trahuntur in graviſſimos lapſus, ruere etiam in illos poſſunt, niſi ſpiritus virtute retrahantur, & ſecuritatem omnem excutiant, id qvod triſti & horrendo lapſu qvandoq; actu ipſo experiuntur. Hinc *Leo M.* ait: *Fragilitas humanæ conditionis facilè in delicta prolabitur. Et quia nullum ſine delectatione peccatum eſt, NB cito acquieſcitur deceptoriæ voluptati.* Conſonat hoc *Gregorij Nazianzeni: In proclivi eſt vitium ingens qz ad malum curſus patet, utq; undæ in præceps celerrimè labuntur, ſimile eſt, aut etiam feſtucæ cuipiam, quæ ad ſcintillam & ventum faci-*

Leo M. ſermone 6to de Epiphan. Domini p. m. 30

Greg. Nazianzen T. 1. orat. 13. quæ eſt 2 de pace p. m. 77.

facili momento succenditur, flammaq; effecta unà demum cum suo fœtu extinguitur. Item alibi: In proclivi est vitium, etiam nullo trahente. Scriptura ipsa testatur deremanente in Renatis carnis pravæ principio trahente eos ad ea, qvæ Spiritui sunt contraria. Cor enim, inqvit ad Galatas Apostolus, concupiscit adversus Spirtum, Spiritus autem adversus carnem, hæc autem inter se opposita sunt, ut non quæcunq; volueritis, eadem faciatis. Hæc fuit etiam seria Pauli Apostoli de se ipso qverela: Novi enim non habitare in me, id est, in carne meâ bonum: Nam velle adest mihi, sed ut efficiam, quod bonum est, non assequor. Non enim facio bonum, quod volo sed malum, quod nolo, hoc ago, Comperio igitur volenti mihi facere bonum hanc legem (scilicet peccati ex v. 23.) impositam esse, quod mihi malum adjaceat. Video aliam legem in membris meis belligerantem adversus legem mentis meæ & captivum reddentem me (scilicet qvoad sensum & illicium peccati non qvoad

Orat. 14. quæ 3tia de pace p. m. 81.

Gal. 5. v. 17.

Rom. 7. v. 8. sq.

qvoad consensum) *legipeccati, quæ est in membris meis.* Res ipsa loqvitur, ex principio carnis in *Renatis* remanere proclivitatem ad iram, ad pusillanimitatem, ad libidinem, ad superbiam, ad jactantiam aliaq; vitia. Illi si accesserint occasiones & tentationes graves, ah qvàm facilis, qvàm præceps qvamopinione citior ad lapsum via illis est! Proclivitas ad iram Renatos & in consvetudine pietatis jam confirmatos sæpius impellit, ut fatigati domesticis offensionibus suorum, puta Liberorum & famulantium, aliorum item scilicet amicorum, qvibus cum familiariter vixerunt, circumventionibus fraudulentis, insidiis, persecutionibus, nec non inimicorum calumniis, rixis, contentionibus, illatis præter fas damnis, concipiant iram carnalem & concupiscentiam se ipsos vindicandi, implacabile induant odium, omnes mediocritatis & modestiæ cancellos excedens, cum qvo fides & charitas christiana consistere non possunt. Vnicum *Da-*

vidis exemplum sermone Nabalis morosо & ad vindictam & effusionem sanguinis irritati fidem dictis faciet. Proclivitas ad pusillanimitatem Renatos & verè illuminatos accedente persecutione, intentatis minis, terrore vultus Tyrannici & instrumentorum pœnalium, jacturâ bonorum, afflictione suorum, impellit, maximè in tentationis horâ, ad remissius in defensione veritatis & cursu pietatis agendum, imò interdum etiam in turpem libidinis, ebrietatis aliorumq; criminum consensum, ex qvo fit, ut miserè & turpiter sæpius etiam absq; pœnitentiâ labantur. *Rabbinorum* notante *Drusio* verum est adagium: *Timor hominum si prævaluerit, excludit timorem cœli*, id est *DEI*. *Chrysostomus* ait: *Timidum esse, peccatum non est: Sic enim naturâ comparamur, sed ex timore committere qvod non decet?* conferri meretur discursus *Balduini*. Exempla lapsorum ex hoc principio sacra & profana, vetera & recentia tam copiosa sunt, ut relatio-

Drus: libr. 4. observ. sacrar. c. 11.

Chrysost homil. 33 in cap. 13 prior ad Corinth p. m. 592.

Balduin. in exa-

latione ſuperſedere poſſimus. Ex hoc principio qvoq; fieri videmus, ut qvidam illuminati inq; boni conſuetudine confirmati, propter varias calamitates ſibi invicem ſuccedentes, paupertatem inq; paupertate ſuorum morotatſiem, inobedientiam, opprobria, grave, qvod in uxore, liberis aliisq; qvos charos habent, experiuntur, infortunium, contemptum, irriſionem, inimicorum perſecutiones, inſultus petulantes & in proſperâ fortunâ jactantiam, ad media illicita, diffidentiam & impatientiam adigantur, vixq; tandem auditu & lectione verbi piorum monitis & exemplis in viam retrahantur. Notum ex ſacris eſt exemplum *Aſſaphi*. *En*, inqvit, *iſti impii ſunt, & tamen felices ſunt in hoc ſeculo aſſecuti divitias. Profectò fruſtra purum ſervavi cor meum & fruſtra manus meas innocentia ablui. Plagasq; quotidie pertuli, ſingulisq; diebus manè reprehenſus. Cum ad hunc, inquam, modum mecum reputarim, parum ab fuit, quin â natione filiorum*

mine compendijTheologicis recens correcti á D. Pelargo § 1. 2. ſ. q:

Pſ. 73. v. 12 ſeq.

rum tuorum defeciſſem. Inſtituebam cogitationem ſi poſſem hæc cognoſcere, ſed id ipſum moleſta res erat in oculis meis. Donec in ſecretiora Dei adyta penetravi & intellexi, ut poſtremo eſſent qviq; habituri. Similis ferè fuit tentatio & qverela *Prophetæ Jeremiæ.* Nullum qvoq; dubium eſt, qvin pios in mundo hodiè oppreſſos, contemptosve eadem qvoq; exerceat tentatio, cui qvidam fortiter virtute *Spiritus Sancti* reſiſtunt, qvidã autem ex infirmitate carnis ſuccumbunt. Proclivitas ad ſuperbiam, faſtum, jactantiam facit, ut abundantes omnibus hujus vitæ bonis, gloriâ, divitiis, ſucceſſu rerum proſpero, amicorum copiâ, â DEO deficientes ſibi ipſis ſuisq; confidant viribus, induſtriæ, ingenio, divitiis, poteſtati, & labantur ſimul in regnantia, ſuperbiæ, intemperantiæ, libidinis peccata. Qvod conſiderans Agur pias & devotas ad DEUM direxit preces: *Inopiam & divitias ne dederis mihi; ſed fac ut decerpam panem dimenſi mei, ne ſatiatus te negem*

Jeremiæ 12. v. 1. ſq.

Proverb. 30. v 8 9.

gem & dicam quis est Deus? Juvat etiam audire *Gregorium M.* Sunt, inqvit, *nonnulli, qvi post perversa itinera sanctas vias sectari appetunt, sed priusquam in eis bona desideria roborentur,* (adde, postqvam etiam in bonis desideriis roborati sunt) *quædam illos præsentis seculi prosperitas decipit, quæ eos rebus exterioribus implicat, & eorum mentem, dum à calore interni amoris retrahit, quasi ex frigore exstinguit, & quicquid in eis de Virtutum flore apparere videbatur, interficit.*

Gregorius M. libr. 12 exposit. moral in Job. cap. 24. p. m. 427.

CAPUT DEC. SEXT.

Notatur qvartò, qvod non eadem semper sit renatorum conditio, idem status, propterea qve audax sit præsumptio & carnalis securitas de immunitate per-

perpetuâ â lapsu, cum tentatio interna & externa sit alia atqve alia, jam leniter, jam graviter pios probet. Unde fieri solet, ut, qvi constantes fuerunt per multos Annos, in veritate & pietate, victi interdum labantur in maxima crimina. Id qvod Davidis, Petri àliorumqve tragici casus monstrant. Considerantur in hunc scopum tendentia dicta Pauli Apostoli Rom. II. v. 21. I. Cor. 10. v. 12. ad-

adduntur ſententiæ Auguſtini memorabiles. Notatur qvintò regenitorum lapſum, in magna crimina turpiorem, fœdiorem & periculoſiorem eſſe, qvàm ſi iisdem Peccatis obnoxii fiunt irregeniti Luc. II. v. 26. 2. Petr. 2. v. 21. additur ſententia qvædam Cypriani. Notatur ſextò, qvod Pœnitentes ex indignitate & turpitudine, qvæ eſt in frequenti lapſu, non rarò ſollicitentur ad deſperationem. Dico

DIco 4to Renatorum & in virtutis consvetudine confirmatorum non eandem semper esse conditionem, non eundem statum: ut propterea audax sit præsumptio: hodiè victoriam contra carnem obtinui, cupiditates repressi, peccata mortalia non commisi, in fide, in precibus, in devotione, Deo meo firmiter adhæsi, ergo perpetuò talem me mansurum fide teneo infallibili, adeoq; securus jam & â periculo lapsus longè remotus in Christianismo vivere possum, cùm vicissitudo magna sit apud Christianos in fervore spiritus, in cruce & calamitatibus, in tentationibus internis â pusillanimitate, timore, diffidentia, libidine, occasiones qvoq; aliæ aliis succedant magis & magis ad peccata irritantes, *Diabolus* qvoq; ad seducendum operosior sit & majori cum impetu eos invadere possit, qvàm fecit hactenus, unde fieri solet, ut, qvi per multos annos in acie contra *Satanam* & *mundum* fortiter steterunt, victi labantur in maxima crimina,

qvod

qvod *Davidis*, *Petri* aliorumq; exempla monstrant. Qvò etiam tendit severa *Pauli* Paræneſis: *Vide igitur benignitatem ac severitatem Dei, in eos, qui ceciderunt, severitatem, in te verò benignitatem, si permanseris in benignitate, alioquin & tu excideris.* Ecce illi etiam, *qui fide* stant v 20, qvi ex v. 17. *participes facti sunt radicis & pinguedinis oleæ*, qvi *permanserunt in hunc usq; diem in benignitate Dei*, excidere iterum possunt & excidi, si per incredulitatem & peccata mortalia in benignitate Dei non permanserint. Adde & illam ex priori ad Corinthios epistolâ. *Qui stat, videat, ne cadat.* In qvod Spiritus S. monitum egregiæ sunt *Augustini* meditationes, scopo nostro inservientes, qvas propterea placet adscribere. Sic autem *ille* in libro de perseverantiæ bono inqvit. *Deus autem melius esse judicavit miscere quosdam non perseveraturos certo numero sanctorum suorum, ut quibus non expedit in vitâ hujus tentatione securitas, non possint esse securi. Multos enim*

Rom. 11, v. 22.

1 ad Corinth 10. v. 12 Augustin. T. 7. de Perseverantiæ. dono libr 1. cap. 8. p. m 497 lib. 9.

enim à pernicioſa Elatione reprimit, quod ait Apoſtolus: Quapropter qui videtur ſtare, videat ne cadat. Voluntate autem ſuâ cadit, & voluntate Dei ſtat, qui ſtat. *Idem* alibi ait: Adoc *peccata magnorum Virorum ſcripta ſunt, ut Apoſtolica illa ſententia NB. ubiq; nimirum non* uno die tantum, ſed per omnes dies vitæ, in omnibus viis & locis *tremenda ſit,* qvæ ait: *Quapropter qui videtur ſtare, videat, ne cadat.* Dico 5. dubium nullum eſſe, qvin turpius, fœdius & periculoſius ſit, ſi regeniti & verè illuminati in magna iterum labuntur crimina, qvàm ſi irregeniti & illuminati peccant, ob gratiam majorem, qvam conſecuti ſunt, ob dona & beneficia DEI varia, ob reſiſtendi vires illis conceſſas, ob DEI, qvem freqventi lapſu offendunt, indignationem & ſeverum judicium, ob *Satanæ* potentiam redintegratam ita & roboratam, aliasq; notas circumſtantias. *Illius,* in qvem ejecto ſpiritualiter *malo ſpiritu,* redit ille cum ſeptem aliis *ſpiritibus* pejoribus ad habitandum,

dum, *sit ultima conditio* dicente ipso *Christo deterior* priori nimirum 1. respectu Dei ob indignationem & justum judicium hominem deserentis. 2. ratione hominis peccatoris conduplicantis malũ, tradendo se iterum *Satanæ* possidendum in aulam, enervando qvoq; & perdendo vires omnes, per qvas resurgere possit, 3. respectu *Diaboli*, qvi totus in eo est, ut ab illo, qvem suæ potestati per tempus aliqvod ereptum iterum sibi in sui servitium mancipavit, omnia amoveat salutis restituendæ media. Sanctus etiam *Apostolus Petrus* ait de *Apostatis* â fide *Christianâ: Satius fuisset eis nõ cognovisse viam justitiæ, quàm agnitâ illâ regredi â sancto mandato sibi tradito.* *Clem. Romanus* ad *Cyprian* ita scribit: *Minus est dedecoris, nunquam ad præconium laudum accessisse, quàm de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse, quàm honorem bonorum testimoniorum perdidisse. Minus est sine prædicatione virtutum ignobilem sine laude jacuisse, quàm exhæredem fidei factum laudes proprias perdidisse.* Hæc l. c. Dico 6. non rarò fieri, ut pœnitentes indignitatem & turpitudinem, qvæ est in freqventi lapsu, animadvertentes, eò tententur ad desperationem. *Chrysostomi* in hunc finem tenendus sermo est: *Usu, inqvit, evenire solet, ut ii, qvi pœnituit, corrigat*

Luc. XI. v. 26.

2 Petr. 2. v. 21.

Vid. Cyprian epist. 31 p. m. 56 & 57.

Chrysost. Tom. 2. epist. 5 ad Theodor. lapsum. p. m. 1008

gat plurima maximaq; facinora: interim autem, quia denuò peccat, nacta correctioni nō minoris ponderis peccatum opponit, quod maximè in desperationem abripit: haud segnius, atq; hi ab exspectatione cadunt, qui simul eadem ut ædificaverunt, demoliuntur exhausto frustra tanto labore.

CAPUT DEC. SEPT.

Tandem septimò notatur, benignitatem hāc Dei, qvâ & iteratò lasis promittitur per Pœnitentiam veram omnium peccatorum condonatio, non esse in ecclesia obliterandam, sed sedulò prædicandam. Probatur hæc benignitas Dei Primò ex dictis scripturæ universalibus, qvibus confirmatur Dei gratiosa

erga omnes Homines, omnes lapsos & impios benignitas. Ezech. 33. v. 11. Matth. 11. v. 28. Rom. 11. 32. 1. Tim. 11. v. 5. 11. Petr. 3. v. 9. Secundò ex dictis scripturæ specialibus, qvibus specialiter peccatores iteratò & sæpius post illuminationem lapsi sub benignâ peccatorum omnium condonatione revocantur Deut. 9. v. 24. Deut. 10. v. 16. Jeremiæ. 3. v. 1. seq. Ezech. 18. v. 24. Ezech. 33. v. 11. seq. Esaiæ. 55. v. 7. 8. 9. N 2 Di-

DIco 7. non esse in Ecclesiâ oblitorandam & impugnandam, sed sedulò prædicandam doctrinam illam de Benignitate Dei, qvâ & iteratò lapsis promittitur per pœnitentiam verâ condonatio omnium peccatorum, qvam etiam indubiè consequuntur, qvi gratiâ Dei se attrahi patiuntur ad veram pœnitentiam. Res ipsa monstrat, opus hìc esse in praxi fide divinâ certâ & infallibili, adeoq; requiri pro fundamento verbum Dei, ex qvo solo fides est. Tenenda sunt autem 1. ex verbo *Dei* dicta *Scripturæ* universalia, misericordiam Dei erga omnes homines, omnes lapsos, omnes impios in q; eis revocandis benignitatem comprobantia: unde prompta & expedita est collectio, de revocandis ad pœnitentiam iteratò & sæpius lapsis, cũ indubitata sit regula, QVI OMNE DICIT, NIHIL EXCLUDIT. Sic apud *Ezechielem Deus* ait: *Nolo mortem impii* (indefinitè adeoq; omnis) *sed ut convertatur*, & *vivat*, *Christus* qvoq; *omnes* peccatis *oneratos* benignè ad recreandum eos per condonationem peccatorum *vocat*. *Paulus* ait: *Omnium*, qvi per *scripturam legis* concluſi sunt sub peccatum, & declarati peccatores iræ divinæ & damnationis rei, Deum velle misereri. Qvis ab hâc conclusione sub peccatum iteratò & sæpius post illuminationem lapsos eximat?

Rom. 10. v. 17.

Ezech. 33 v. 11.
Matth. 11 v. 28.
Rom. 11 v. 32.

Idem priori ad *Timotheum* epistolâ ait: *Deus omnes homines vult salvari* & ad *agnitionem veritatis venire*, qvod & confirmatũ est â S. *Petro Apostolo*: Deus *non vult ullos perire, sed omnes ad resipiscentiam converti.* Rex vel Princeps ex benignitate veniâ delictorum concedens omnibus subditis rebellibus, non eximit eos, sed includit potius, qvi secundâ, tertiâ vice, imò sæpius etiam rebellarunt. Et qvæ audacia sit, promissâ benignitate Dei omnibus hominibus, omnibus impiis, omnibus lapsis, eximere, hostili animo, potiorem hominum lapsorum partem, illorum scilicet, qvi post illuminationem veram iterum lapsi sunt? Tenenda 2. sunt dicta specialia, qvibus specialiter peccatores iteratò & sæpius post illuminationem veram lapsi adhuc â DEO sub beneficâ peccatorum omnium condonatione revocantur. Huc pertinent illa, qvibus in *Deuteronomij* duobus capitibus *Israelitas Deus* compellat. *Illos* enim, qvi capite nono vocantur rebelles in *Dominum* â die, qvo illos agnovit, ad pœnitentiam hortatur hisce verbis. *Circumcidite præputium cordis vestri & cervicem vestram ne induretis amplius.* Apud *Jeremiam Prophetam Dominus* adducit simile adulteræ recedentis â Viro, qvam sic adulterio pollutam & contaminatam mulierem ait *Deminus*

1. *ad Timoth.* 2. *v.* 4.
2. *Petr.* 3. *p.* 9.
Deut. 9 *v.* 24.
Deut. 10. *v.* 16.

minus, â Viro, cui fidem matrimonialem turpi fornicatione fefellit, dimitti absqve ſpe revertendi ad eum. Cui opponit benignitatem ſuam *Dominus* erga populum ſuum ſpirituali adulterio cum *Idolis* pollutum propterea q; rejectum, majorem benignitatem *Viri* erga *uxorem*, utpote revocantem eos etiam, qvos ſpirituali fornicatione recedentes â DEO adeoq; poſt illuminationem & veram cũ DEO unionem lapſos rejecerat. *Tu autem*, ait *Dominus*, *fornicata es cum amatoribus multis tamen revertere ad me.* Jeremi. 3. v. 1. Reverti dicuntur illi, qvi receſſerunt. Igitur illi qvos reverti jubet & vult gratiâ attrahente *Dominus*, fuerunt ante *Domino* fide matrimoniali ſpiritualiter agglutinati, qvam deferentes & â *Domino* vero marito ad Idola deficientes cum illis ſpiritualiter erant fornicati. Hi ipſi autem ſunt, qvos reverti vult ſub promiſſione receptionis in priſtinum gratiæ fœdus! Qvò & pertinent verba, qvæ in hoc capite ſequuntur: *Polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere: Annon vel poſt hæc ad me clamabis? Pater meus es tu, & Dux Adoleſcentiæ meæ?* v. 2. 3. 4 Abiit *averſatrix Iſrael ſuper omnem montem excelſum, & ſub omnem arborem frondoſam & fornicata eſt ibi. Cumq; iſta omnia feciſſet, dixi:* 6. 7.

Re,

Revertere ad me, & non est reversa: Item, *Vade & clama sermones illos contra Aquilonem & dices: Revertere aversatrix Israël, dicit Dominus non conjiciã vultus meos contra vos, id est, non irascar vobis in perpetuũ, quia beneficus ego sum, nec observo, retinebo iram in perpetuum. Modò agnoscas iniquitatem tuam, quod in Dominum Deum tuum prævaricata es & dispersèris vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, quodq; vocem meam non audieris, dicit Dominus. Revertimini filii vagi rebelles. citò & sæpius â me deficientes ad Idola varia, dicit Dominus & ego connubium vobiscum conciliabo & accipiam vos &c.* Apud *Prophetam Ezechielem Deus* Omnes *filios Israël* etiam *avertentes* sese, uti ex antecedentibus patet, à *justitiâ suâ & facientes iniquitatem secundum* omnes *abominationes, quas operari solet impius,* sub benignâ gratiæ & vitæ æternæ promissione ad pœnitentiam revocat hisce verbis: *Convertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, ne iniquitas vobis sit in ruinam. Projicite â vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum & Spiritum novũ & quare moriemini domus Israël. Quia nolo mortem morientis dicit Dominus Deus: convertimini, & vivite.* Similia habentur cap. 33. Nec oportet etiam dememinisse textus *Prophetici* apud *Esaiam: Derelinquat*

12.13.14.

Ezech.18 v. 24.

v. 30. 31. 32.

Ezech.33 v. 11. sq.

Esaiæ, 55 v. 7. 8. 9.

quat impius viam suam & quisq; iniquus (annon autem sub qvocunq; iniqvo comprehenduntur necessariò illi etiam, qui post illuminationem sæpius impietate suâ se commacularunt) *cogitationes suas, ac convertatur ad Dominum, & miserebitur ejus atq; ad Deum vestrum, quoniam propensus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ sunt scil. similes vestris cogitationibus, neq; viæ vestræ sunt viæ meæ, dicit Dominus.* Sed *quemadmodum cœli terrâ sublimiores sunt, ita excedunt viæ meæ vias vestras, & cogitationes meæ cogitationes vestras.* Ecce! *Deus* cujuscunq; impii adeoq; etiam sæpius & iteratò post illuminationem lapsi miserebitur, propensum qvoq; se declarat ei ad ignoscendum (secus ac cogitant & faciunt homines) ex sublimitate misericordiæ, omnium hominum benignitatem & misericordiam superante, sicut cæli sublimiores sunt terrâ. Si Deus non declarasset misericordiam & benignitatem suam erga illos, qvi factâ illuminatione iteratò & sæpius labuntur, nulla & frustranea hæc erit promissio Dei erga qvemcunq; impium revertentem: item non erit etiam benignitas Dei sublimior benignitate hominum, cum Deus ipse jubeat nos alibi illis etiã cõdonare, qvi sæpius nos offenderunt, homine etiã misericordes & benigni injuriarũ, qvibus læsi sunt, facilè oblivisc̃atur.

CAPUT. DEC. OCTAV.

Huc qvoqve tertiò pertinet qvinta Orationis Dominicæ de remissione peccatorum petitio Matth. 6. v. 12. Luc. 11. v. 4. in cujus ad scopum nostrum applicatione notatur primò, illos, qvi jubentur petere remissionem peccatorum, esse Apostolos, esse fideles. Notatur secundò, per peccata, qvorum remissi-

onem jubentur petere non intelligi tantum peccata, qvæ jam antea sunt per Baptismum remissa, sed & peccata, qvæ habentur concupiscentia scilicet prava adjacens ejusqve motus continui nec nō consequentia peccata. Qvibus & jungenda sunt peccata mortalia, ad qvæ proni sumus, in qvæ etiam interdum, imò sæpius qvoqve post impetratam remissionem peccatorum incidimus: qvo-

qvorum remissionem etiam hac petitione â Deo petimus: Qvod probatur etiam ex connexione qvartæ & qvintæ petitionis, item ex προσοφειλέταις, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Cujus sensus perspicuè exprimitur.

IN *Oratione Dominicâ* jussit nos *Christus* apud Matthæum & *Lucam* â DEO petere. *Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris; remitte nobis peccata nostra καὶ γὰρ αὐτοὶ etenim ipsi remittimus omnibus, qui nobis debent.* Nota 1. illos, qvi jubentur petere remissionem pec- *Matth. 6. v. 12. Luc. 11. v. 14.*

catorum esse *Apostolos*, esse, ut *Augustin*, loqvitur, *Duces ovium & præcipua membra Pastoris & congregatoris unius gregis, esse fideles.* Verba *Augustini* hæc sunt: *Deniq; fratres, ut citò agnoscatis, ipsi* (Apostoli) *dicerunt orare, quod oramus, ipsis data est regula postulàndi à juris perito cœlesti: Sic orate, inquit. Et cum quædam præmisisset, posuit & hoc, ut dicerent arietes nostri, Duces ovium & præcipua membra Pastoris & congregatoris unius gregis, ipsi didicerunt dicere. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non dixerunt: Gratias tibi, qui dimisisti nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sed dimitte, sicut & nos dimittimus. Orabant autem utiq; jam fideles, jam Apostoli. Nam ista oratio magis fidelibus datur.* Si debita *illa tantummodo dicerentur, quæ per Baptismum dimittuntur, Catechumenis congrueret magis orare. Dimitte nobis debita nostra. Dicant ergo Apostoli*, dicant: *Dimitte no-*

Augustin. T. 8. in Ps 142. ad verba Noli meũ intrare in judicium. p. m. 592. lit. B C

te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et cum eis dictum fuerit: Quare hoc dicitis? Quæ debita vestra? respondeant: Quoniam non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Nota Secundò, per debita, qvorum remissionem â DEO petimus, non intelligi tantùm peccata, qvæ per Baptismum sunt remissa, sic enim illis conveniret magis gratias agere DEO pro remissione peccatorum & dicere *Gratias tibi*, qvi *dimisisti nobis* debita nostra, cum tamen justi sint illi, qvi jam consecuti sunt per Baptismum remissionem peccatorum, adhūc petere dimitte nobis, sic etiam magis *Catechumenis* conveniret hæc oratio, qvàm *Baptizatis* & *fidelibus*, sed & peccata, qvæ habemus, qvalis est concupiscentia ejusq; motus continui & innumerabiles, non ideo, qvasi non sit facta in *Baptismo* remissio, sed qvia concupiscentia factâ remissione denuò est actuosa, & *peccata*, ut loqvitur *Augustinus*, *consequen-*

Augustin. T. 7

quentia committuntur, non tantum operando & loquendo, sed quod facillimum atque celerrimum est cogitando. Idem cap. 14. sequenti ita pergit: H: omnes concupiscentiæ partus, & ipsius concupiscentiæ reatus antiquus, & quicquid NB. parit ita nunc ista concupiscentia, si non sint illi partus, qui non solum peccata, verum etiam crimina nuncupantur, pacto illo quotidianæ Orationis, ubi dicimus: Dimitte nobis debita nostra, mundantur. Neque enim quisquam ita desipit, ut dicat, ad baptizatos Dominicum non pertinere præceptum. Multi quidem baptizati fideles sunt sine crimine, sine peccato autem in hac vitâ neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia hæc dicimus, adversum nos inflentur & disrumpantur insanià: non quia aliquid peccati remaneat, quod in Baptismo non remittatur, sed quia in nobis, in hujus vitæ infirmitate manentibus, quotidiè fieri non quiescunt, quæ fideliter orantibus & misericorditer operantibus qvotidiè remittuntur. Hæc est

libr. 1. contra duas epist. Pelag. ad Bonifac. cap. 13. p. m. 404. lit. B cap. 14. pag. eádem lit. C

fidei

fidei Catholicæ sanitas, quam sanctus ubiq; seminat Spiritus; non pravitatis Hæreticæ vanitas & præsumptio Spiritus. Hactenus *Augustin.* Peccatis illis, qvorum remissionem à DEO petimus, junge etiam peccata mortalia, qvæ itidem fructus sunt concupiscentiæ, in qvæ proni sunt etiam fideles, sæpius etiam impetratâ jam remissione peccatorum in illa incidunt, sunt qvoq; præprimis peccata & debita, à qvibus, ut inposterum præserventur, & si, qvæ est labilitas humanæ post lapsum naturæ, in ea iterum cadunt, in eis eorumq; reatu non relinqvantur, sed liberentur iterum mediis ad id divinitus ordinatis per condonationem peccati, & ne ligati illis morte præveniantur, rogant fideles. Hinc etiam per conjunctionem copulativam qvartæ petitioni annectitur hæc petitio, ut insinuetur, sicut petimus dari nobis panem qvotidianum singulis diebus vitæ nostræ, & defectum, si qvis ingruat, suppleri, ita qvoq;

petere remissionem peccatorum, in qvæ ex fragilitate humanâ & seductione *Satanæ* & mundi incidere possumus. Huc qvoqve pertinet ἀφιομεν, *sicut & nos remittimus debitoribus nostris.* Non indicatur particulâ illâ, *sicut*, causa impulsiva, sed imitatio DEI nobis remittentis suâq; misericordiâ nos moventis ad mutuam remissionem offensarum inter nos intervenientium; Hanc remissionem offensarum ex gratiâ DEI, qvi hunc animum in nobis operatur, promittimus DEO ad imitationem ejus, qvæ â nobis fit, non in æqvalitate, cum humana misericordia longe sit inferior divinâ, divinâ qvoq; remissione illa, qvæ â nobis proximo fit, infinitis modis sit inferior, sed in aliqvali tantum similitudine. Jam autem indubium est, hominem, qvi petit remissionem peccatorum â DEO hoc ordine, ut ex gratia DEI, qvam etiam super hoc implorat, promittat remissionem & condonationem debitoribus suis, non id facere eo animo,

nimo, ut illa, qvibus hactenus læsus est â proximo, debita qvidem illi remittat, si autem porrò lædatur, implacabilis sit futurus, nunqvam condonaturus, vindictam privatam sumpturus, sed eundem animum placabilem etiam ex gratiâ DEI in futurum spondet, promittit etiam, se porrò condonaturum, sicut, etiamsi centies, imò millies â proximo graviter post condonationem læsus sit, tenetur ei remittere, remittit etiam & condonat, cum alius non sit ordo, divinitus constitutus, qvam ut qvi remissionem â DEO petit & exspectat, condonet etiam proximo omnes offensas qvibus læsus est. Hinc & apud *Matthæum* qverenti *Petro*: *Quoties peccabit in me frater meus & remittam ei*: Dicit ei *Jesus*: *Non dico tibi usque septies, sed septuagies septies, id est toties, quoties.* In qvem sensum *Chrysologus* ait: *Sicut felix ille, qui septies remisit, ita felicior est iste, septuagies septies qui remisit.* *Petrus* mandati immemor

Mat. 18. *v.* 21. 22.

Petrus Chrysologus serm. 139. *f.* 111. 141. *b.*

mor hujus interrogat *Dominum* dicens: *si peccaverit in me frater meus, quoties remittam illi? Septies?* Respondet *Dominus*: *non solùm septies, sed septuagies septies.* NB. *Præscriptus ergò numerus non angustat veniam* sed *dilatat*, & *quod præcepto finit, sine fine relinquit arbitrio*, ut si, qvantum jusserit, remiseris, tantùm sit obedientiæ sit præmii. Confer etiam *Augustin.* qvi etiam remittit ad dictum *Apostoli* in epistolâ ad *Colossenses*: *Tolerantes alii alios, & condonantes vobis mutuò, si quis adversus aliquem habuerit querelam, scilicet & Christus condonavit vobis, ita & vos*: In qvem *Apostoli locũ* vide l. citat. egregium *Augustini* discursum. Qvodsi autem nostra proximo facta condonatio debet esse conjuncta cum animo ei etiam in futurum condonandi, si pergat offendere, qvæ & fieri actu ipso debet, læsi ab eo licet sint toties, qvoties: multò magis, cum DEI benignitas nostram infinitis superet modis, jussi sumus petere, ut

Augustin. T. 9. serm. 15. de verbo Domini cap. 3. & 4. p. m. 24. E. F. Epist. ad Coloss. cap. 3. v. 13.

ut DEUS erga nos etiam conſervet illam benignitatem, ut ſi in peccata fortè labamur inpoſterum mortalia, ille nobis ea etiam clementer remittat; id qvod DEUS etiam facturum ſimul promiſit, cum audiat nos petentes ad ſuam voluntatem, id qvod etiam juramento à *Chriſto* confirmatum eſt. Hoc ipſum qvoqve ab *Athanaſio* jam animadverſum eſt, unde & *Novatum* ita alloqvitur: *Non audiſti, Petro quoque interroganti,* num *ad ſepties vices peccatori veniam daret, reſponſum eſſe, usque ſeptuagies ſeptiesatque ita revocatis vicibus redintegratisq; ſemper perennare pœnitentiam? Non ut hæc audientes in peccatis permaneamus. Abſit,* ſed *ut declararetur ejus bonitas.* Hæc *Athanaſ.* B. noſter *Chemnitius* in Harmonia ita etiam exponit, *Contra Novatianos etiam hæc petitio oſtendit, lapſos poſt Baptiſmum & reconciliationem, ſi convertantur, poſſe conſequi veniam. Baptizati enim & reconciliati Deo jubentur*

1. Joh. 5. v. 14. Joh. 16. v. 23. Athanaſ. ſermon. contra omnes Hæreſ. p.m. 369

Chemn. Harm. Evang. cap 51. p.m. 484. 485.

bentur petere remissionem peccatorum. Et quæ ipso jubente in nomine ipsius petimus, ea jure jurando promittit se daturum. Item quando petimus remissionem peccatorum, simul petimus, ut Deus auferat Cor lapideum & impœnitens, det nobis cor carneum & pœnitens, quod peccata sua agnoscat. Simul etiam petimus, ut fide rursus nos erigat (si scil. lapsi fuerimus) & sustentet, ne desperemus. Et quia ad dispensandum & accipiendum remissionem peccatorum Deus certa instituit media, simul itaq; petimus, dari nobis talem mentem, ut hæc media gratiæ non abjiciamus, ac tandem ne morte præventi occupemur, peccatis ligatis & retentis (id est ut ante mortem adhuc condonet nobis peccata, quvide bus novo iterũ legati sumus) utq; ante finem vitæ liceat nobis uti mediis illis, per quæ remissio peccatorum ordinariè dispensatur. Vide hæc latius apud *Chemnit.* & confer *Casparum Finckium*,

Casparo Finckio parte 3. Locor. comm. Theol. conc. octava de precatione p m. 182. 183.

CA-

CAPUT DEC. NON.

Considerandā qvartò paræneſis filii Dei data in apocalypſi cap. 2. v. 5. Angelo Epheſinæ Eccleſiæ, cujus datur explicatio & ad ſcopum præſentem applicatio. Urgentur qvintò dicta ſcripturæ, in qvibus prædicatur magna, abundans & ſingularis Dei in ignoſcendo benignitas Exod. 32. v. 55. Exod. 34. v. 5. Exod. 32. v. 32 Pſ. 103. v. 8. ſeqq. Thren. 3. v. 21. attendendū ſextò proponi-

ponitur Passionis Christi mysterium, inqve eo qvantitas & qvalitas laborū, qvos pro nobis sustinuit, & iteratæ in nostram salutem factæ cōdemnationis: qvod illustratur ex verbis Dei apud Prophetam Jonam Cap. 3. v. 1. seq. item ex discursu pio & devoto beati Dn. Lütkemanni.

Apocal. 2. v. 5.

JUnge qvartò hisce, qvæ *Angelo Ephesinæ* Ecclesiæ in *Apocalypsi* ex ore *Christi* Johannes scribit: *Memor esto, unde excideris & respisce & priora opera facito, sin minus, veniam adversus te & movebo candelabrum ê loco suo, nisi respueris.* Per

Ange-

Angelum Ephesinæ Ecclesiæ, uti & reliqvos, ad qvos mandata voce scriptâ perfert S. *Johannes*, non intelligit ille *Episcopos* singulares cujusqve *Ecclesiæ* â *Presbyteris* distinctos, uti nunc sunt, qvales temporibus Apostolorum non erant; sed συλληπτικῶς *Ecclesiæ præfecturam & Senatum*, vel qvod idem est πρεσβυτέριον. Siqvidem *Presbyterium* vel *Presbyterorum cœtus* eo tempore communi consilio & auctoritate regebat singularum civitatum *Ecclesias*. Non etiam potest S. *Johannes* videri intellexisse aliter, cum & ejus discipuli *Papias* & *Polycarpus* non duos ordines ad *Ecclesiæ Apostolicæ* gubernationem agnoverint, sed unũ tantùm *Presbyterorum, qui cum Episcopis* erant iidem, qvæ latius deducta vide apud *Claudium Salmasium*. Exhoc *Presbyterio* sive plerisq;, sive qvidam primã omiserunt charitatem. Ob hanc causam cum eis expostulat, vel eos reprehendit *Filius Dei*, cum peccatum mortale sit primam perdere charitatem.

Salmasius in apparatu ad libros de primatu Papæ p. m. 533, 534.

Hor-

Hortatur tamen ex animi benignitate ad pœnitentiam, sub commination, futurum aliàs, ut nisi resipuerit *candelabrum ê loco ejus moveatur.* Tenenda qvintò dicta *scripturæ*, in qvibus prædicatur magna, abundans & singularis DEI in ignoscendo benignitas. Hùc pertinet, qvod post crimen μοσχολατρείας abominabile ab *Israelitis* commissum, per qvod â DEO defecerant, ipse *Filius Dei* per nubem descendens & stans ibi cum *Mose, exclamaverit ita nomen Domini*, id est ad *Mosen* clamaverit, vel *Mosi* denunciaverit hanc vocem: *Dominus est, Deus misericors, id est, ego sum ille Deus misericors, quem tu rogasti pro populo, ut remittam peccatum eorum, in quo agnovisti veritatem, sum enim misericors, & talem me* populo exhibebo, item *beneficus, leni animo, immensæ bonitatis* (id est clemens) *tardus ad iram, & abundans misericordiâ & veritate*, id est verax in promissis meis & *custodiens misericordiam* (id est qvi custo-

Exod. 32 v. 4. seq.

Exod 34 v. 5. seq.

custodio, & cujus misericordia nunqvam exhauritur) *ac veritatis tenax bonitatis, in mille, condonans iniquitatem, transgressionem & peccatum.* Tantam benignitatem in condonandis iniqvitatibus cùm DEUS declaraverit erga populum rebellem per fœdam & turpem Idololatriam commaculatum, qvid est, ut contra *scripturam* arctemus misericordiam DEI condonandi peccata in eos tantùm, qvi ex novitiis & nondum confirmatis peccatoribus peccaverint, denegantes illam eis, qvi deliqverunt graviter iteratò & sæpius post factam jam illuminationem ? Notanda qvoq; sunt è libro *Psalmorum* verba *Davidis: Misericors est & beneficus Dominus, patiens etiam & magnæ benignitatis. Qui non perpetuò solet litigare, neq; in æternum retinet memoriam acceptæ injuriæ. Non tractat nos pro peccatis nostris, neq; rependit nobis, qvod iniquitates nostræ merentur. Nam quanto intervallo cœlum altius est terrâ, tantum prævalet* *Ps. 103. v. 8. sq.*

let benignitas ejus erga timentes ipsum. Et quàm longè distat Ortus Solis ab Occasu, tàm longè removet à nobis scelera nostra. Utq; Pater miseretur liberorum, ita Dominus miseretur timentium eum. Quot verba, tot sunt argumenta ostendentia benignitatem DEI in condonandis peccatis eorum, qvi â DEO non unâ tantùm vice, sed iteratò etiam & sæpius defecerunt, uti piè & devotè hæc expendenti absq; nostrâ manuductione & ulteriori explicatione patebit. Adde etiam ex lamentationibus *Jeremiæ: Hoc cum reduco ad cor meum, iterum ad spem redeo: Quod misericordiæ Domini non deficiunt, & quod miserationes ejus non cessant: Quod novæ sint quotidie;* Qvomodo hæc conciliabuntur cum eo, qvod misericordia DEI subtrahatur illis, qvi factâ illuminatione sæpius atq; iterum peccant? Qvodsi misericordiæ DEI non deficiunt, miserationes ejus non cessant, novæ sunt qvotidiè, habent qvo se erigant etiam

Thren. 3. v. 21.

tiam iteratò & sæpius â DEO deficientes. Tenendum 6. est ex passionis *Christi* mysterio, qvos, qvot, qvantos & qvales *Christus* pronobis sustinuerit labores, qvoties se etiam (innocentem qvod personam suam attinet) pro nobis condemnari sit passus. Non enim semel non unâ vice, sed vice iteratâ coram *magno synedrio*, judicio *Herodis*, & *Pilati Christus* pronobis concondemnatus est innocens pronobis nocentibus, ut nos sæpius licet lapsos & sæpius condemnationem promeritos iterum erigeret, si modò per pœnitentiam ad *Christum* tanqvam asylum nos receperimus, in qvo qvi per fidem veram inveniuntur, nulla est condemnatio. Magnos etiam & multos pronobis in passione suâ sustinuit labores & jam superatis laboribus promeritam nobis tot laboribus & fatigationibis peccatorum condonationem & remissionem, in qvo est laborum & passionum effectus, tam vilem æstimabit, subtractâ benignitate

ſuâ excidere tam citò patietur, ut illuminatis poſt veniam peccantibus nulla ſpes veniæ ſit reliqva? Abſit, abſit. Expendamus *Domini ad jonam Prophetam* plena benignitatis divinæ verba. Hic peracto ad mandatum DEI excidii *Ninivitici* præconio, ne videretur mendax, interitum urbis valdè cupiebat: qvem poſtqvam DEUM avertere â populo pœnitente videbat, indoluit vehementer hiſce expoſtulans verbis: Dolens *jonas admodum vehementer iratus q; expoſtulavit cum Domino ac dixit: Quæſo Domine, annon hoc eſt, quod dixi, dum adhuc in terrâ meâ eſſem, & propterea fugam in Tharſis maturarem, quod noviſſem, te Deum eſſe propenſum ad miſericordiam, miſericordem, longanimum & multæ beneficentiæ, tùm deni q; talem, qvem mali pœniteat. Tolle igitur qvæſo Domine animam meam, quoniam ut moriar, quam vivam ſatius eſt mihi.* Oſtenſurus autem *Dominus Jonæ*, eum injuſtè iraſci, cucurbitam vel hede-

Jonæ 3. v. 1, 2. ſq.

hederam, qvam oriri jusserat DEUS, ut faceret adversus solis ortum umbram capiti ejus, verme læsam fecit exarescere. Impatiens propterea & dolens *Propheta* â *Deo* ita compellatus: *Tu doles super hederam vel cucurbitam, in qvâ non laborasti neq; eam enutriisti, quæ intra noctis spatium enata & sub unâ nocte periit. Et ego â Ninive urbe tam magna malum non depellerem, in quâ sunt super duodecim myriades hominum, quorum nullus inter dexteram suam & sinistram discernit, deinde & jumenta multa.* Ecce! DEUS in eo prædicat benignitatem suam, qvod ab urbe & incolis urbis *Ninivitarum* avertat interitum temporalem per intervenientem pœnitentiam, & myriadibus hominum parcat, & nos putemus DEUM â misericordiâ suâ adeò factum esse peregrinum, ut tot myriades lapsorum non velit respicere nec illis condonare? Illius porrò in qvo multum laboravimus, indicante DEO, interitum ex dolore & com-

miseratione, ne labor noster sit frustraneus seriò amotum cupimus, & Deum putemus post tot & tantos à *Christo* exantlatos propter nos miseros peccatores, labores, eorum nullam in iteratis lapsibus habiturum rationem, nec interitum ad animum revocare eumq; cupere amotum! Ἄτοπον, Egregia sunt verba B. Lütkemanni, qvæ ex tractatu ejus germanico, prout ibi exstant, placet hic adscribere. Weñ man wolte auff Ursachen kommen; warümb GOtt so gütig gegen den Menschen-Kindern: So könte man sagen/ wir sindt seiner Hände Werck/ Er hasset nicht/ was Er gemacht hat/ sondern schützet und erhält uns. Doch ists ein wenig/ daß Er uns zu vernünfftigen Creaturen gemacht/ viel ein gröſſer ists/ daß Er unß gemacht hat zu neuen Creaturen/ zu seinem Eigenthumb/ zu Schaffen seiner Weyde. Das hat ihm seines Sohns Blut gekostet. Solte Er nun so leicht dis hocherworbene Gutt dahingeben? Gedencke hie an die zu Ninive/ denen hatte

Joachim. Lütkemanni im vorschmack Göttl. Güte part. iconsiderat. 2 p. m. 16 17. 18.

le GOtt das Urtheil des Todes ansagen lassen / aber es gereuet ihn baldt der Straffe / und schencket den verurtheilten das Leben. Dem Propheten Jonas war dis nicht mit: Er hette lieber gesehen / daß Ninive were untergangen. Denn er wolte nicht den Nahmen haben / daß Er ein falscher Prophet wäre. Da lis GOtt ein Gewächs auffgehen / unter des Schatten saß Jonas / und freuete sich sehr über das lustige gewächs. Aber bald darauff verschaffte Gott einen Wurm / der stach das Gewächs / daß es verdorrete / da stach die Sonne Jona auff den Kopff / daß er matt ward / darüber ward Er noch unwilliger: Aber der HErr begegnet ihm und sprach: Meinest du daß du billig zürnest ümb das Gewächs / daran du nicht gearbeitet hast / hast es auch nicht auffgezogen / und mich solte nicht jammern Ninive solcher grossen Stadt? Als wolte der HErr sagen: Die Seelen daran ich gearbeitet habe / gebe ich nicht so leichte dahin / sondern mich jammert ihrer. Hæc piè, devotè & verè B. Lütke-

mannus. Expende *tu, quisquis es peccator magne*, qvi post illuminationem & condonationem peccatorum sæpius iterum graviter cecidisti, passionem, vulnera, labores *Salvatoris* tui, qvos uti pro totius mundi peccatis, ita & pro *te* sustinuit, & *Spiritus S.* gratiâ certò deprehendes apertas *tibi*, qvamdiu in viâ es, manere pœnitentiæ fores, Dominum *tui*, qvando lapsus es, serio dolere, opere suo ad destruendum paratum esse opus *tuum* & *Satanæ*, qvod peccatum est, & de veniâ pœnitentiam agens non desperabis.

CAPUT VIGESIMUM.

Proponuntur Septimò exempla eorum, qvi post illuminationem & pietatem confirmatam aliqvoties iterum lapsi,

lapsi, actâ tamen pœnitentiâ consecuti sunt iterum gratiam & remissionem peccatorũ. Qvò pertinent Exempla Lothi, 2. Petr. 2. v. 7. 8. 9. Populi Israelitici Nehem. 9. v. 26. seq. Ps. 78. v. 39. Ps. 106. v. 43. seq. Davidis, Petri Apostoli post illuminationem & pietatem sæpius lapsi â Paulo etiam Gal. 2. v. 11. propter ingens scandalum severè reprehensi, qvi tamen iteratis vicibus pœnitentiam a-

gens consecutus est remissionem peccatorum.

TEnenda sunt *septimò* exempla illorum, de qvibus certò constat, eos post illuminationem & pietatem confirmatam iteratò aliqvoties lapsos, egisse pœnitentiam atq; sic esse veniam & condonationem peccatorum consecutos. *Lothum* nemo negaverit etiam ante suum ex urbe *Sodomorum* egressum fuisse fidelem, illuminatum, inq; pietate jam roboratum & confirmatum. Qvàm fœdum autem, qvàm turpe, qvàm abominabile hoc est, qvod ex ebrietate positus qvasi extra se ipsum, post egressum illum ê *Sodomâ*, duplicem cum filiabus suis commiserit incestuosæ cohabitationis actum! De qvo ita qvidam antiqvorum. *Ebrietas decipit, quem Sodoma non decipit; uritur ille flammis mulierum, quem sulphurea flamma non ussit.* Hæc ille.

Augustin. Tom. 10. Serm. 33. ad fratres in eremo. p. m. 653. l. b. C.

ille. Nec dubitare ausim Hunc ebrietatis insaniâ & duplici cum ipsis, qvasgenuerat, filiabus commissi incestuosi concubitus actu coinqvinatum *Lothum* actâ pœnitentiâ ex DEI benignitate iterum esse consecutum veniam & peccatorum remissionem, cum ipse *Spiritus S.* in N. T. ejus justitiam deprædicet&referat ad catalogum justorum sive piorum. Sic namq; de eo *Petrus*: Et *justum Loth libidinosâ nefariorum conversatione fatigatum eripuit. Justus enim ille cum habitaret inter eos, indies animam justam iniquis illorum factis & videndo & audiendo excruciabant. Novit Dominus pios ê tentatione eripere, injustos autem in diem judicij pœnas dantes servare* Hæc *S. Apostolus Petrus* l. c. De *Populo Israëlitarum Nehemias* refert, qvod provocaverit DEUM ad iracundiam, recesserit ab eo, & projecerit legem suam post tergasua, *Prophetas Dei* occiderit, qvi eos obtestantes conabantur ad DEUM reducere, feceritq; blasphe-

2 *Petr.* 2. *v.* 7. 8. 9.

Nehem. 9. v. 26. seqq.

phemias graves. Receſſio â DEO per indigitata peccata, reductio *â Prophetis* benignè tentata oſtendit fuiſſe hunc populum fidelem & illuminatum & DEO unitum. Hic ipſe tamen adeò rebellis in tempore tribulationis clamans ad Deum, â DEO exauditus eſt, & ſecundum miſerationes ſuas multos dedit ei Salvatores, qvi ſalvarent eum de manu hoſtium ſuorum. Confer ea, qvæ in libro *Pſalmorum* habet *David* his omnino ſimilia. Exemplum *Davidis* conſiderationem præ aliis meretur. *Hunc* negarine-qvit fuiſſe fidelem, illuminatum, inq; pietate & devotione confirmatum, & tamen iterati & graves illius in *ſcriptura* deſcribuntur lapſus, qvos commiſit propoſito ſangvinario ad vindictam privatam de Nabale omnibusq; ejus domeſticis, â qvibus tamen ne verbulo qvidem læſus erat, ſumendam, adulterio & homicidio, in qvibus ferè per totum anni curriculum perſeveravit, conſenſu in ſeductionem

Pſ. 78. v. 39 Pſ. 106. v. 43 ſeqq,

1 Sam. 25. v. 2. ſeqq. 2 Sam. XI. v. 2. ſeqq.

nem *Satanæ* ad numerandum contra expressam DEI prohibitionem per *Joabum* frustra dissvadentem populum DEI, qvi iterati sunt lapsus, qvorum omnium ille apud DEUM iteratis vicibus agens pœnitentiam consecutus est condonationem. Cui simile est exemplum *Petri* post illuminationem audientis ex ore *Christi* severè eum increpantis: *Apage post me Satana, scandalo es mihi, nam non sapis. quæ sunt Dei, sed quæ sunt hominũ, Christum* secunda vice mediante dirâ execratione ter abnegantis, tertiâ vice *judaizantis neq; recto pede incedentis, ut veritati Evangelii congruebat, cogentis suo exemplo etiam gentes judaizare*, ob qvem gravem lapsum *Paulus* in os ei restitit increpatione non nudè correctivâ aut charitativâ, sed antistaticâ & ex libertate *Nathanicâ* etiam condemnatrice. Qvid hic dicemus? Num fortasse *Cephamâ Paulo* reprehensum, reputabimus, non *Petrum Apostolum*, sed unum ê *septuaginta* di-

2 Sam. 24. v. 1. seqq.

Mat. 16. v. 23.

Mat. 26. v. 70. sq.

Gal. 2. v. 14.

Gerhard T. 6. LL. de minist. Eccles. §. 218 Blondell. in Apolog. pro sententia, Hieronymi de Episcopis presbyteris sect. 3 p. m. 103 Herbertum Thorndicium scriptorem Anglū novitium in originibus Eccles. siasticis c. 21. p. m. 379. 380-387

discipulis ejusdem cum eo nominis, qvæ fuit sententia *Clementis Alexandrini* hypotypoſeos libro 5. qva in parte nactus eſt *Euſebium Faſtos q; Græcos adſtipulatores* & *Dorotheum*, qvi eum & in loco qvodam *Epiſcopum* eſſe factum comminiſci audet. Aſt verius eſt, *Petrum* eſſe *Apoſtolum*, cujus lapſum deſcribit *Apoſtolus*, cum *ſcriptura* non niſi unum nobis exhibeat *Cepham*, *Petrum* nimirum *Apoſtolum*, eundemq; a ſe reprehenſum ob grave ſcandalum conceptis verbis dicat Apoſtolus, ſcribens: ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος, non autem ἐπὶ δὲ ἦλθε Κηφᾶς. Confer B. noſtrum *Gerhardum*, *Blondellum* & *Herbertum Thorndicium*. Nota autem porrò *Petrum Apoſtolum* & diſcipulum *Chriſti*, fidelem, illuminatum inq; fide & veritate confirmatum bis graviter lapſum & bis receptum per pœnitentiam â DEO in gratiam tertiâ vice iterum cecidiſſe graviter, & ſic tamen condonatis iterum peccatis conſecutum eſſe Vitam æternam.

CA-

CAPUT VIGESIM PRIM.

Idem probatur Octavò Testimoniis orthodoxæ antiqvitatis, Basilii magni, Epiphanii, Chrysostomi, Augustini, Gregorii magni, Cyrilli, nec nō consensu recentiorum Snepfii, Busæi & Francisci Ariæ. Qvibus subjungitur paræneſis nostra & Chrysostomi. Habere etiam nono dicitur Deus sua media trahendi peccatores ad pœnitentiam. Ubi agitur de tractu divino

ex

ex Joh. 6. v. 44. qvi dicitur fieri absqve cooperatione liberi arbitrii naturalis non nisi gratia Dei trahentis Jerem 31. v. 11. Ezech. 11. v. 19. 20. Notantur Papatus scriptores Bellarminus, Maldonatus, Autor revelationum Brigittæ, item Comentator Cõsalvus Durantus tractum hunc divinum partim Deo, partim hominis irregeniti liberi arbitrii naturalibus viribus adscribentes. Qvi ex scriptura

&

&patribus confutãtur. Unde manet, omne pœnitentiæ & conversionis momentum unicè & in solidum tractui divino gratioso tribuendum esse: Qvi esse dicitur non immediatus, sed mediatus: Item fieri non ex absoluto Dei beneplacito ad solos electos directo, non etiam modo Violento & irresistibili sed modo ordinario & resistibili per media certa & ordinaria ad id divinitus constituta.

Qvæ sex enumerantur, 1. Lumen Naturæ, 2. Lumen supernaturale. 3. Præconium legis & Evangelii. 4. Fraterna correctio. 5. Colloqvia Christianorum pia & devota. 6. Calamitates variæ divinitus in salutem & conversionem immissæ.

TEnenda est Octavò sententia *Orthodoxæ Antiquitatis*. Basilij hæc egregia verba sunt: *Egrediens ovicula ab ovili luporum fit pabulum: introducquo insidias effugiat. Quemadmodum boni Pastores, etiamsi rapta sit ovicula, pellem saltem recipere studeant: Si pellem post mortem abstrahere bonum est, animam ex ore lupi recipere nullum opera*

Basilius T. 1. in concione de pœnit p. m. 264.

ræ pretium putas? Et in bello vulneratur is, qui victor evadit, & non propterea, quod vulneratus est, non coronatur. Imò coronas accipit, & qui multa adversariis vulnera inflixit. Idem paucis interjectis ita pergit: *Deus judex est, non hominum audacia. Audes legem ponere Deo? Qui novit infirmitatem & suppeditat auxilium & dabit victoriam. Quot â non bonâ vita testimonium præbuerunt? Num igitur ubi conversa est concupiscentia, laboribus privabuntur? Non NB. Angeli sumus, sed homines, & cadimus & resurgimus idq; sæpius eadem horâ. Epiphanius* ait: Et *ipsi dicimus unam esse pœnitentiam & per lavacrum Regenerationis hujus fieri salutem. Verùm non tollimus Dei benignitatem, gnari prædicationis, veritatis & misericordiæ Domini, & naturæ venia dignæ, & scientes animæ instabilitatem, carnis debilitatem, sensuum humanorum profunditatem. Quoniam* nemo *sine peccato est & purus â corde, etiamsi una sit dies vi-*

Epiphan. T. 1. libr. 2. contra hæres. c. 59. p. m. 161.

tæ ejus in terrâ. Et perfecta qvidem pœnitentia in lavacro est, si verò NB. quis lapsus est, hunc non perdit sancta Dei Ecclesia. Dat enim & conversionem & post pœnitentiam pœnitentiam. Chrysostomus in beni-

Chrysost. T. 5. epist. 5. ad Theod. lapsum p. m. 982

gnitate hâc DEI deprædicandâ iterum copiosus est, qvem patienter audire oportet. Sic autem *ille* in epistolâ 5. ad *Theodorum* lapsum: Qvi verò vinculis magnâ vi ruptis receperit pristinum robur, & in rebus perditissimis non est actu rus quietem,

p. 988.

sedulò Diabolo reluctans, sit NB. vel millies lapsus, surgat iterum & hostem conficiet. *Idem* ibidem sic pergit: Quamdiu hic sumus, etiamsi

p. m. 1002

peccamus decies millies, NB. semper erit Spei locus, omnia dabitur abluere scelera dignam exhibentibus pœnitentiam. *Idem* in eâdem epistolâ ita pergit: Nisi sic foret, ut à recto cursu semel deflectentibus pateret redi-

Chrysost. epist 6. ad Theod. lapsum p. m. 1010

tus, quotus tum quisq; ex tot hominũ millibus in cælum introiisse videbitur. *Idem* epistolâ seqvente *Theodorum* lapsum ita alloqvitur: Sæpè etiam

etiam athletas videmus, post frequentes lapsus & dejectiones plurimos coronatos, militem quoq; scimus post fugas multas, Virum fortem fuisse & vicisse victores. Similis est hic res, frater charissime. Idem alibi hæc habet. Nolo mihi accusationes feras, nolo mihi ignaviam tuam prætendas. peccasti? pœnitere. *Millies peccasti? millies pœnitere.* Audiamus & *Augustinum. Nunquam,* ait ille, *prius Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur. Cum enim & semel & secundò & tertiò* (sæpius etiam) *unus quisq; gravia peccata commiserit, exspectat tamen* DEUS, *sicut per Prophetam dicit:* Ut *convertatur & vivat. Gregorius* M. inqvit: *Tunc* (in die extremi judicij) *janua regni lugentibus claudetur, quæ modò quotidiè pœnitentibus aperitur. Idem* alibi sic pergit: *Non-nunquam hi, qui se aliqua illicita egisse meminerunt, ex ipso suo dolore compuncti inardescunt in amorem Dei, sese q; in magnis Virtutibus exercent, cuncta dificilia sancti*

Chrysost. T. 1. homil. 2. in Ps. 50. p. m. 745.

Augustin. T. 10 serm 88. de tempore p. m. 252. lit. D

Gregorius M. T. 2 homil. 12. in Evang. p. m 358.

Homil. 34. in Evang. p. m. 475.

certaminis appetunt, omnia mundi derelinquunt, honores fugiunt, acceptis contumeliis lætantur, flagrant desiderio, ad cælestem patriam anhelant, & quia se errasse à Deo considerant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Majus ergo de peccatore converso, quàm de stante justo gaudium est in cœlo: quia & Dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reversus hostem fortiter premit, quam illum, qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic *Agricola* illam amplius terram amat, quæ post spinam uberes fruges profert, quàm eam, quæ nunquam spinam habuit, & nunquam fertilem messem producit. Confer & *Cyrillum* vel potius *Clichtovæum*, ex nostris *Snepfium* ex Pontificiis *Busæum* & *Franciscum Ariam*. Vos igitur qui hæc legitis, mei cumprimis *Auditores dilecti*, non est, ut desperetis, millies licet post actam pœnitentiam sitis in peccata eaq; graviora lapsi, modò iterum resurgatis, iterum pœniten-

Cyrill. l. 5. in Joh. c. 17 p. m. 100. b. Snepfius in disput de clavib. 98. 166. 167. Busæg in panario p. m. 447 Francisc. Arias in libro de frequenti commun. c. 10. p. m. 133.

tentiam agatis, qvam persvadere debet Benignitas DEI magna & infinita, vocatio ad pœnitentiam divina & misericors, tot etiam exempla illorum, qvi post iteratos â suâ conversione & illuminatione lapsus per pœnitentiam seriam consecuti sunt omnium delictorum veniam. *Tam præclaris*, inqvit *Chrysostomus, exemplis excitati, ne permaneamus in malefactis, quin magnâ fiduciâ dicamus: Pergamus ad patrem, appropinquemus Deo & nequaquam nos aversabitur.* Dico Septimò habere Deum suos attrahendi peccatores ad pœnitentiam modos, qvos & oportet habere cognitos. Apud *Johannem Christus* ait: *Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.* Veniunt ad *Christum* homines peccatores per pœnitentiam, qvæ non est viribus liberi arbitrij naturalibus, sed tractui divino gratioso adscribenda in solidum & unicè. *Converte me*, qvæ est precatio *Ephraim* apud *Prophetam Jeremiam*, & con-

Chrysost. T. 5. epist. 5. ad Theod. lapsum p. m. 987

Joh. 6. v. 44.

Jerem. 31. v. 18.

vertar, quoniã tu es Dominus Deus meus. Qvò & spectat promissio divina apud Prophetam Ezechielem: *Dabo quoq; eis cor unum & spiritum novum dabo in visceribus eorum: auferam cor lapideum de carne eorum & tribuam eis cor carneum: ut ambulent in institutis meis & custodiant judicia mea faciantq; ea. Et erunt mihi populus, ego verò eorum Deus.*

Ezech. XI. v. 19. 20.

Tenendũm qvoq; est hoc *Augustini. Firmissimè tene & nullatenus dubites, neminem hic posse hominum pœnitentiam agere, nisi quem Deus illuminaverit, & gratuitâ suâ miseratione converterit.* Scriptores *papatus* verbum *potest*, in dicto *Christi* putant notare non remotam, sed proximam actui potentiam. Dicunt namq; illas etiam, qvi *â Patre* non trahuntur, potentiam habere naturalem, ex qvâ tractui divino cooperentur, ita ut si *â Patre* trahantur, veniant partim viribus liberi arbitrii naturalibus excitatis, partim gratiâ divini *tractus*, esse autem illam potentiam remotam,

Augustin. T. 3. de fide ad Petrum. Diacon p. m. 341. lit. C.

tam, nec in actum deduci posse, nisi gratia trahentis *Patris* adjuvetur. Qvemadmodum nondum præsente lumine Solis vel Lunæ ad videndum necessario, habemus qvidem naturalem videndi facultatem, sed nisi ea facultas lumine externo juvetur, videre re ipsa non possumus. Et sic se prorsus habere volunt liberum hominis arbitrium, qvod naturalis in bonum & malum facultas sit, sed in malum per se solùm valeat: in bonum non nisi gratiâ juvetur. Sic *Bellarm.* Item in h. l. *Maldonatus.* Sic legitur in *Revelationibus Brigittæ* pro *Episcopo* pravo apud *Christum Brigittam* intercedere, ut illum hic ad se trahat: Cui *Maria* dicitur respondisse: *Deus licet omnia possit facere, tamen homo personaliter cooperari debet, ut peccatum fugiatur & charitas divina obtineatur*: Ad qvæ verba *Consalvus Durantus Episcopus Ferettranus* annotat, ad *tractum divinum exigi etiam nostri arbitrii cooperationem nostræq; voluntatis consensum*, qvod ait

Bellarm libr. 6. de grat. & libero arbitr 6. 15. §. 3. Maldonat. in Joh. 6. v. 44. Revelationes Brigittæ cũ annotat. Consalvi Durantis Romæ excusæ libr. 3. c. 12. p. m. 250. 252. 253, 254.

ait *evidenter colligi ex his verbis Christi: Nemo venit ad me nisi Pater traxerit* eum: *Venit* inqvit & *traxit. Primum ait ostendere libertatem arbitrij, secundum divinæ gratiæ efficaciam.* Pergit, porro, *verbum trahere hic & alibi etiam in similibus dictis notare suavem quandam & moralem motionem, quæ proprium actum ejus, qui trahitur, non excludit:* Item, *Gratia suaviter trahit nobis etiam cooperantibus.* Hæc ille. Contra qvos tenendum, esse qvidem in homine nondum converso capacitatem qvandam passivam, qvæ non est in lapide & trunco, esse qvoq; lumen rationis & opus DEI scriptum in cordibus, qvo per DEUM abstrahitur â peccatis, uti mox dicemus, non tamen esse in eo potentiam activam, ex qvâ gratiæ divinæ salutariter trahenti cooperari possit, prout tamen sentit *Bellarmin.* Est namq; homo irregenitus *mortuus in peccatis* dicente ipso *Spiritu S.* epistolis ad *Ephesios* & *Colossenses.* Mortuus autem,

Bellarm. libr. 2. de Grat. & libr. arbitr. c. 3. §. 5. & c. 17. §. 1. Ephes. 2. v. 5. Coll. 2. v. 13.

tem, uti experientia & res ipsa loqvitur, nullas omnino habet vires, qvibus DEO cooperari possit; Augustin. rem accuratè dijudicavit, *Christus*, ait, non *dixit, duxerit, ut illic NB. aliquo modo intelligamus procedere voluntatem, sed dixit, traxerit. Quis autem trahitur, si jam, volebat? Et tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur ergo miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines (quod fieri non potest) nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.* Idem alibi inqvit: *Deus trahit suis ipsorum voluntatibus*, sed NB. *quas ipse operatus est* Bernhard. qvoq; inqvit: *Trahe* (Deus) *voluntatem quodam modo invitam ut facias voluntariam, trahe torpentem, ut reddas currentem.* Hæc *ille.* Constat ex hisce non superesse ullas in homine liberi arbitrij vires naturales, ex qvibus ille conversioni suæ cooperari qveat, qvi licet venire dicatur tractus *à Patre*, facit tamen illud non nisi voluntate

Augustin. T. 7. libr. 1. ad Bonifacium contra duas Pelagianorum epistolas c. 19. p. m. 405. lit. F

Augustin. T. 7 libr. de corrept. & Grat. c. 14. p. m. 480. lit A Bernhard. serm. 21. super Cant p. m. 149.

tate & viribus *à Deo* gratiosè concessis. Manet proinde, omne pœnitentiæ & conversionis momentum unicè & in solidum *tractui* divino gratioso exclusâ cooperatione virium liberi arbitrij naturaliũ adscribendum esse. Est autem hic tractus divinus non immediatus, qvamvis negari neqveat dari in *scripturâ* qvædam singularia tractus divini immediati exempla in *Caino*, qvi tamen illum non admisit, in *Abrahamo*, in *Paulo* aliisq; qvi tractum illum non repulerunt, de qvo tractu jam non est hic agendi locus, sed mediatus, qvi fit non ex absoluto DEI beneplacito ad solos electos directo, cum etiam reprobi interdum *à Deo* ad tempus trahantur, tractum illum secuti credant *Deoq;* obtemperent. Confer *Theologos Giessenses*. Non fit etiam modo violento & irresistibili, cum *Pharisæi* dicantur sprevisse consilium DEI ad dandam eis salutem adversus semet *ipsos*, *resistere quoq;* contumaces *Spiritui S.* vo-

Hebr. 7. v.4.5 6. c.10.v.29 I. 7. Giessens. disp. 13. p.m.196. Luc.7.v. 30. Act.7 v.51. Act. 13.v.46. Matt.23. v.37.

len-

lenti eos convertere, *repellere sermonem Evangelii* prædicatum, *Deo volenti opponere* suam *voluntatem*, sed modo ordinario & resistibili per media certa & ordinaria ad id divinitus constituta. Qvænam autem illa? Audiamus. Pertinet huc 1. lumẽ naturæ in peccatoribus maximis etiam non plane exstinctum. 2. lumen supernaturale in lapsis adhuc certa ratione residuum. 3. Præconium legis & Evangelij & facta per illud oblatio gratiæ. 4. fraterna correctio & admonitio. 5. colloqvia Christianorum pia & devota, & deniq; 6. crux & calamitates variæ homini peccatori â Deo in bonum finem salutis scil. & conversionis immissæ.

CAPUT VIGESIM. SEC.

Agitur primò de lumine naturæ etiam in peccatoribus maximis nondum

dum planè exſtincto. Qvales ſint ejus vires in homine irregenito oſtenditur: Nimirum non tales, ut per eas homo converti vel etiam gratiæ divinæ convertenti cooperari qveat, ſed ut per eas homo excitatus turpitudinem peccatorum, iram etiam & judicium rigoroſum ſcilicet omniscii DEI agnoſcens & conſiderans, ipſe judicet abſtinendum eſſe â peccatis interdum etiam ab actu-

ctibus externis abstrahatur. Qvò pertinet Rom. 2. v. 14. 15. unde ostenditur, hoc lumen naturæ, licet interdum hominum pravorum malitia obfuscetur, captivetur, supprimatur, non tamen prorsus in maximè impiis, imò nec in atheis planè obliterari & opprimi: Unde & homo irregenitus sæpius in medio peccatorum cursu eo pulsatur, ut sobrie expendat, turpi vitæ necessariò esse valedicendum,

dum, id qvod etiam interdum opere externo præstat, interdum autem contumaci resistibilitate facere negligit, id qvod verbis Jobi Gregorii M. & Schmidii confirmatur. Subjunguntur exempla maximorum regum & principum, â qvibus pavores conscientiæ ob crimina commissa dissimulari non potuerunt, cum tamen nulli terreno vel mundano judicio fuerint obnoxii. Vim suam exer-

xercet illud naturæ lumen, in hominum irregenitorum cordibus etiam qvando dormiunt, id qvod confirmatur insigni sententia Chrysostomi & memorabili exemplo Apollodori.

QVod attinet 1. *lumen Naturæ*, non dicimus hanc ejus esse efficaciam, has vires, ut eo vel converti vel etiam conversioni divinæ cooperari qveamus, sed ut per illud homo qvandoq; excitatus & in se ipsum descendens agnoscat, viam peccatorum pravam turpem & indecentem esse, *Deum* omniscium & judicem justum exacerbari, attrahi indignationem & pœnam divinam adeòq, abstinendum esse, interdum etiam abstrahatur ab a- *Rom.* 2 .14. 15.

ctibus peccati externis. Ipse *Apostolus* ait: *Opus legis*, id est rem & sententiam legis oppositam literis & syllabis eamq; non otiosam & evanidam, sed operosam, *esse scriptam in cordibus hominum* legem scriptam etiam non habentium, *scriptione* non spirituali, sed naturali, pertinente non ad tertium, sed ad primum *Symboli Apostolici* articulum, unde & unà *testimonium reddit ipsorum conscientia, cogitationibus se mutuò* (ob malè facta) *accusantibus, & excusantibus* in benè gestis, non pace conscientiæ Evangelicâ divinâ & infallibili, qvâ fiant certi apud se de DEO reconciliato, & paternâ in Christo complacentiâ, sed aliqvali, inferente tantum tolerabiliorem qvorundam infidelium juxta opus legis naturâ in cordibus eorum scriptum vitam instituentium conditionem. Hoc opus legis scriptum, hoc Naturæ lumen licet interdum hominum pravorum malitiâ obfuscetur, captivetur, supprimatur, non tamen pror-

prorsus in maximè impiis etiã, imò nec in *atheo* planè obliteratur & supprimitur. Unde fit, ut homo in medio peccatorum cursu constitutus radiis conscientiæ perculsus & excitatus ad se ipsum redeat, dicendo, qvid ago? peccatis meis Deo summo legislatori recalcitravi, ejusq; indignationem & pœnam mihi accumulavi: alia instituenda mihi vita est, alij admittendi mores, peccatis, qvæ me in conscientiâ propriâ accusant, valedicendum, id qvod etiam interdum opere ipso perficit, interdum autem etiam contumaci resistibilitate pavores & accusationes conscientiæ superat, permanens in peccatis. De hoc Gregorius M. ait: *Quamvis animus trepidet, quamvis conscientia accuset, cupiditate tamen suâ iniqvus vincitur & suppresso pavore audaciam de iniquitatibus sumit.* Item in seqventibus. *Plerumq; perversi & cognoscunt recta, quæ sequi debeant, & tamen sequi despiciunt, quæ cognoscunt. Lumini ergò rebelles sunt, quia sua desideria sequendo, bonum despiciunt, quod noverunt.* Confer ipsa *jobi* verba & *Schmidii* in hæc verba annotationes. De pavoribus conscientiæ terrentibus, accusantibus, illos etiam, qvi â qvo timeant, apud qvem possint accusari, â qvo possint puniri, in cujus gratiam oporteat â malo

Gregor. M. libr. 12. moral. in job. c. 21. p.m. 421. cap. 24. p.m. 551.

job. 24. v. 9. Schmid. in Job. p.m. 1002

desistere, nullum in terrâ habent superiorem, exempla prostant immissis ad abstrahendum â peccatis, qvibus inservi-
Hugo Grotius libr. 1. de verit. Christiã religion. p. m. 124. 125.
unt, & ad puniendum, qui contumaciter resistunt. Hugo Grotius ait: Vim cruciantis sese ob male facta conscientiæ sæpe nec pessimi tyranni intra se exstinguere, cum maximè id vellent, potuerunt, ut multis exemplis apparet, ad quæ ipse annotat. Testis est illa Tiberij ad Senatum epistola Quid scribam vobis, Patres conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore? Dij me Deæq; pejus perdant, quàm perire quotidie sentio, si scio, quâ recitatâ addit Tacitus. Adeò facinora atq; flagitia sua ipsi quoq; in flagitium verterant: Neq; frustra præstantissimus Sapientiæ firmare solitus est, si recludantur Tyrannorũ mentes, posse aspici lanitus & ictus, quando ut corpora verberibus, ita sævitiâ libidine, malis cõsultis animus dilaceretur. Vide plura l. c. confer Rivetũ, item Scriptorẽ Polonũ non incelebrem Christophorum Varsevicium. Sunt etiam tam efficaces luminis hujus in hominibus irregenitis vires, ut licet de die impius vigilans eas inter compotationes, confabulationes supprimat, tamen in somno non rarò arguantur & ad sobrias cogitationes â malo abstrahantur. Chrysostomi egregia hac de re verba sunt:
Tacitus libr. 6. Annal.
Rivet I. 1. op. Exercit. 162 in Genes. p. m. 619. 620.
Christoph. Varsevicij lib. 1. de cognit. suiipsius p. m. 196.

A sol-

A sollicitudine atq; anxietate conscientiæ, ne somnum quidem dum capiunt adulteri, liberi sunt, malâ conscientia somnia illis multis plena terroribus fingente atq; ita territante. Apud *Plutarchum* de serâ Numinis vindictâ notabile est exemplum de *Apollodori* somnio; *Narrant*, inquiunt, *Apollodorum* aliquando in somnis vidisse cutem suam â Scythis detrahi, deinde elixum se & cor NB. ex ipso latere tacitè dicere: *Ego tibi horum sum causa.* Ipsos *ego* impios advoco testes, annon has conscientiæ pavores ob mala commissa intra se ad sobrietatem aliquam descendentes agnoscant, annon cruciatus sentiant intolerabiles, quibus inquieti adeò redduntur, ut in nullo consistere loco possint, arguantur se malè egisse, & de vitâ aliter instituendâ tantis conscientiæ monitis convincantur.

Chrysost. in moral. exhortation quæ sequitur serm XII in epist. ad Romã p.m. 133.

CAPUT VIGES. TERT.

Agitur hic Secundò de lumine supernaturali in lapsis certa ratione residuo. Deperditâ namqve per peccata

contra conſcientiam commiſſa fide juſtificante, remanet ex lectione & auditu verbi notitia hiſtorica & literalis, per qvam Deus ſæpius illorum pulſat conſcientiam. Adducuntur dicta ſcripturæ Gal. 5. v. 19. 20. 21. Hebr. 13. v. 4. per qvorum reminiſcentiam SPIRITUS S. peccatores, qvorum in dictis allegatis ponitur Catalogus, arguit, Convincit, Trahit, Retrahit interdum, etiam ad ſe iterum acceden-

dente verbo Evangelii trahit. Illustratur exemplis Apostoli Petri & filii prodigi & similitudine medicamenti.

SEcundò manet etiam in lapsis lumen supernaturale aliqvo modo residuum. Qvamvis enim amissa & deperdita sit fides justificans, remanet tamen notitia historica & literalis ex lectione & auditu verbi, per qvam DEUS interdum eorum conscientiam pulsat, ut efficaciâ verbi hujus â malo retracti convertantur & pœnitentiam agant. Est verbum DEI lectum & prædicatum instar seminis in agrum projecti, instar medicinæ, unde non statim sed successivè exspectandus est & seqvitur fructus. Ex auditu & lectione verbi incensa fides & per incredulitatem & peccata iterum amissa non tollit simul notitiam verbi literalem, qvæ remanet, &ut ut nullus deprehendatur ejus in peccatorum cursu dominante effectus, tamen per eam tacitè subindè cordis ostium pulsat, trahit, retrahit, interdum etiam attrahit *Spiritus*

S. Qvis dubitet verbi divini notitiâ & memoriâ fieri, ut lapsi in veneficium, inimicitias, adulterium, scortationem, ebrietatem, cædes retrahantur hoc fulmine? *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt adulterium, scortatio, impuritas, protervia, idololatria, Veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, exrande scentiæ, rixæ, dusidia, hæreses, invidiæ, cædes, ebrietates, commessationes & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, eos videlicet, qui talia agunt, regni Dei non fore hæredes?* Item illo ad *Hebræos*: *Scortatores autem & adulteros judicabit Deus*, Qvis etiam negat per peccata graviora excidentes gratia DEI retinere memoriam & notitiam literalem dictorum *legis* & *Evangelij*, qvibus peccatores etiam arguuntur, blandè invitantur ad pœnitentiam, unde fit, ut efficaciâ *Spiritus Sancti* trahantur â peccatorum viâ ad consequendam iterum pristinam, qvâ antehac usi sunt, gratiam DEI? Exemplis potest res fieri clarior. *Petrus* abnegans *Christum* fidem justificantem totaliter amisit: amissâ fide remanet notitia literalis & historica, qvâ *Christus* eum de lapsu præmonitum simul in spem bonam erexerat fore, ut convertatur iterum & regeneretur; Efficaciâ verbi hujus cogniti inq; memoriam revocati, ac-

Gal. 5. v. 19. 20. 21 Hebr. 13. v. 4.

Luc. 22. v. 61. 62.

ce-

cedente suavi & benigno *Christi* aspectu factum fuit, ut *Petrus* foràs egressus peccata defleret & pœnitentiam ageret. *Gerhardus Joh. Vossius* in loco quodam adduxit hoc egregium *Augustini* dictum: *Quod scriptum est, quia respexit eum Dominus, intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia* NB. *Domini lenter subvenit, cor retigit,* NB. *memoriam revocavit, interiori suâ gratiâ visitavit Petrũ, interioris hominis usq; ad exteriores lachrymas movit & produxit affectum.* Hæc *Augustin. Filius prodigus* remotus adhuc longè à Paternis ædibus, captivus & servus *Diaboli* & peccatorum, indigens & fame maceratus, retinuit tamen notitiam literalem eorum, qvæ in ædibus paternis affluebant mercenariis, benignitatis etiam paternæ in suscipiendis & fovendis illis, qvi gratiam implorabant: Hanc ad seipsum rediens hactenus obliteratam sibi in memoriam revocat, unde etiam propositum surgendi & redeundi ad patrem, ne fame contabesceret, confessio indignitatis & petitio suscipiendi eum tantùm ut mercenarium, qvamvis negari neqveat, memoriam hanc revocasse salutarem non vires liberi arbitrii naturales, sed ipsam intus operantem *Spiritus S.* gratiam. Qvò pertinent verba *Augustini: Ille qvi putavit sine Dei adjutorio se posse custo-*

Vossius histor. pelag. libr. 4. part. 1. p. m. 406.

Augustin Tom. 7. libr. de gratiâ Christi cap. 45.

Augustin T. 2. epist. 106. p. m. 162. lit. B

custodire quod dedit, profectus in regionem lõginquam & vivens cuncta consumpsit & reversus in se ipsum dixit: Surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quomodo haberet, nisi & ipsam ille in occulto misericordissimus Pater inspirasset. Hæc Augustin. Faciunt huc qvoq; *Roberti Holkot* Scriptoris *scholastici* verba, qvæ hæc sunt: *Medicina non subitò sanitatis effectum inducit, sed per processum temporis & cum morâ. Ita verbum auditum aliquoties auditorem non subitò convertit, sed cum forte in animâ ejus quievit per vinginti annos, tunc primò incipit operari.* Hæc *Holkot.*

Robert. Holkot Lection. 179. in librum Sapientiæ.

CAPUT VIGES. QVART.

Medium Tertium retrahendi peccatores per pœnitentiam ad Deũ est præconium legis & Evangelii. Qvo se ipsos privant Apostatæ ab ecclesia deficientes, Epicuræi qvoq; & verbi contemtores pertinaces

ces se reddunt indignos hâc gratiæ oblatione, qvam oderunt & perseqvuntur Matt. 7. v. 6. Ezech. 3. v. 26. explicatur exemplo Saulis impii regis & verbis Isidori Pelusiotæ bene multis.

QVod *tertiò* attinet præconium legis & Evangelij factamq; per illud gratiæ oblationem, non nego fieri posse, ut lapsi qvidam se ipsos eâ privent. Cùm namq; extra *Ecclesiam* non sonet vox *legis & Evangelij* adeoq; nec *Gratiæ divinæ* oblatio per præconium *verbi* publicum, ibi sit, dubium nullum est, qvin per apostasiam ab *Ecclesiâ* deficientes illam qvoq; publici præconij jacturam sibi ipsis attrahant; Non est actuale verbi præconium omnibus populis omnibus gentibus omni tempore commune, qvod propter peccatum! contumaciter & voluntariè rejecti & repulsi Evangelij antegressum

Deus

Deus ex justo judicio qvibusdam cœtibus solet subtrahere: ad qvos qvi per apostasiam malitiosam deficiunt, non promisit illis Deus modum hunc oblationis gratiæ per præconium *verbi*. *Epicuræi* etiam & superbi contemptores *verbi* indignos se reddunt hâc Gratiæ oblatione, cum propositum illis sit, septas & occlusas ad veritatem qvam oderunt, qvam perseqvuntur, aures habere. *Jesus Salvator* ait. *Ne date, quod sanctum est canibus neq; projicite margaritas vestras coram porcis, ne quando conculcent eas pedibus suis, & conversi lacerent vos.* Variæ cum fuerint hujus loci explicationes, illa est communior & verior, juxta qvam tenetur, neq; *sacramentorum* Mysteria indignis, impuris porcis & blasphemis Hæreticis & persecutoribus esse communicanda. Sunt nãq; canes juxta *Clementem Alexandrinũ* Hæretici pertinaciter contradicentes & canum instar oblatrantes & rabido morsu petentes, qvales erant *judæi Antiocheni*, qvæ appellatio istis tribuitur. Porci autem sunt illi, qvi qvidem non contradicunt, vitam interim agunt porcinam impuram & belluinam, seipsos immergendo variis & impuris corporum voluptatibus, adeoq; hoc impio vivendi genere publicè ostendunt, sese verbum

Matt.7. v.6.

Act.13.v. 46. Phil. 3.v.2. Apoc.22. v.15.

Ev-

Evangelij & sacramenta contemnere. Cõfer. *Zehner.* in ad agiis sacris & *Pelargum* in qvæstionibus Evangelicis. Ad *Prophetã Ezechielem* Deus inqvit: *Ad hæc linguam tuam ad hæresceré faciam ad palatum tuum, ut obmutescas & non sit eis Vir, qui redarguat, quoniã domus contumax sũt.* Ad qvæ verba *Cornelius à Lapide* jesuita ita commentatur: *Adimam tibi linguæ usum, ne cum iis, qui ad te venerint, loqui possis, aut eos objurgare, ut hoc silentio tuum timorem & Judæorũ pertinaciam castigem* Ita *Hieronym. Polychor. Theodor.* Unde *S. Gregorius* homil. 17 *in Evangel.* sic explicat: *Idcircò ille prædicationis sermo tollitur, quia dum me in suis actibus plebs exasperat, non est digna, cui exhortatio veritatis fiat. Et S. HIERONYM:* Ex quo, ait, *perspicuum est, ubi multitudo fuerit peccatorum, indignos esse peccantes, qui à Domino corrigantur.* Vid hæc aliaq; apud *Cornel. à Lapide* l. c. Impius *Rex Saul* contemnens audire *Prophetam Samuelem*, adeò etiam vilescebat in oculis Dei, ut consulens Deum nullum per *Prophetam* reciperet responsum, & loco *Samuelis* inq; specie & habitu ejus ipsum *Diabolum* nanciscerétur præconem. *Isidorus Peluſiota*, in aliqvot epistolis hâc de re agit, qvem audiamus: Sic igitur scribit ad *Thalelæum*: *Præclarè ac prudenter facis, qui inutilis illi-*

Zehner. in adagiis sacris Cent. 3. adag. 53. p. m. 439. seqq.

Pelarg. in quæstion. Evangel. p. m. 91. 92.

Ezech 3. v. 26.

Cornel. à Lapide in Ezech 3. v. 26.

1 Samuel 28. v. 11.

Isidor. Pelusiota l. 1. epist. 143. ad Thalelæum p. m. 37.

us ac amaræ lectionis exclusâ nausea, divinæ doctrinæ operam des, Christiq; mandata pio ac Dei amore pradito animo susceperis. Nolite igitur sanctum dare canibus, hoc est Judæis, qui divinum sermonem persæpe acceperunt, ac rursum ad vomitum suum revertuntur: aut Hæreticis ad veram doctrinam se conferentibus, ac rursum ad priorem sententiæ perversitatem redeuntibus. Margaritas item ne ante porcos projiciamus, divino interdicto prohibemur, hoc est ante eos, qui in vitiosis affectibus volutantur ac porcinum vitæ genus sequuntur, ne forte conculcent eas pedibus, nimirum in iteratis suis studiis divino nomini contumeliam inferentes & conversi disrumpantur. Siquidem divinorum Mysteriorum cum hujusmodi hominibus communicatio, iis qui per contemptum ea impertiunt, ejusmodi disruptio est, ex quâ emergere nequeant. Idem in aliâ epistolâ ad *Martinianum, Zosimum, Maronem, Eustathium homines* Impios, Epicuræos & verbi contemptores ita scribit: *Videmini, ut audio, meliorum desperatione septas & occlusas aures habere, atq; ut qui jampridem vos ipsos peccati morti devoveritis, adversus eos, qui probas consilia vobis præbent, iracundia concitari. Quamobrem, si ita est, posthac jam vobis luctus & lachrymas, non* NB. *consilium & admonitionem adhibere, parsuerit. Idem*

ad

ad eosdem in seqventi epistolâ ita scribit: *Non enim fas est, aut eos, qui â sacris alieni sunt, res sacras audire, aut profanos adyta contemplari. Neq; hoc per mores licet, imò etiam ne divinum quidem oraculum apertis verbis clamans: Nolite sanctum dare canibus. Ac propterea cum ipse dicere quidem possim, vobis autem dicere non possim, vos potius moneo & hortor, ut â vitio abstineatis & virtuti studeatis.* Idem in aliâ epistolâ ad *Chæremonem* hæc habet: *Et ob crebras tuas literas pudore suffundor & rursus ob parùm honestas & laudabiles actiones te averfor. Atqui quidvam respondeam ancipitis animi sum. Non quod id, quod quæris, explicare nequeam, verùm, quod auribus tuis ut indignis parcam. Neq; enim canibus sancta dare nobis licet. Si autem insanire desinas, & quæ â me quæsivisti, exponam, & ostendam, quonam pacto id, cui tuam fidem abrogas, extra dubitationem sit.* Hæc Isidor. l. c. Constat inde, qvam deceat qvidem verbi divini ministros *Ecclesiæ*, cui præfecti sunt, ejusq; singulis membris publico & privato verbi præconio inservire, ita tamen ut prudenter & cautè agant cum eis, qvos vident ex impiâ & *Epicuræâ* vitâ præfractos esse verbi contemptores, animæq; suæ nullam habere rationem,

Isidor. Pelusiota l. 2. epistol. 253. p. eâdem

Isidor. Pelusiota l. 1, epist. 304. ad Chæremonem p. m. 67. 68.

ha-

habere etiam aures prurientes ad doctrinam Hæreticam, ad qvam etiam si non publicâ professione, animo tamen & dubiis voluntariis, per qvæ etiam docente *Toleto* apostasia committitur, defecerunt, & si jubeantur per solutionem variorum dubiorum privatam & publicam in disputationibus & colloqviis curiositati eorum satis facere, unde nulla utilitas, sed potius damnum Ecclesiæ extimescendum est, ostendant prohiberi se ad id faciendum dictis & exemplis *scripturæ* & antiqvitatis orthodoxæ, graviter interim admoneant, ut vita emendetur, qvo facto promittant sefore faciles ad solutionem qvamcunq; publicam & privatam eorum, qvæ proponuntur. Patet etiam, ex justo DEI judicio qvosdam propter apostasiam, impiam item & epicuræam vitam se indignos reddere, qvibus sanctum detur & projiciantur margaritæ, id est, qvibus oblatio fiat gratiæ per præconium verbi, qvo subtracto unde speranda est hisce hominibus animæ salus.

Toletus in instruct. sacerdot

CAPUT VIGES. QVINT.

Pulsat DEUS hoc verbi sui præconio ad cor eorum, qvi manent in externà ecclesiæ communione, nec per epicuræũ contemptum margaritas pretiosas pedibus conculcant, qvi jam severè arguuntur, jam blandè iterum ad pœnitentiam invitantur, licet atrocissimis sint dediti criminibus. Adduntur Exem-

pla Saulis, Davidis, Herodis. Hoc verbi præconio invitare debent Pastores verbi Auditores suos etiam pertinaces, imò & irrisores, contemptores & injuriosos. Notātur Casuistæ pontificii & nominatim Reginaldus, dissvadentes correptionem, qvæ cum periculo aut incommodo corripientis conjuncta est. Qvæ sententia refutatur ex præcepto de dilectione Dei, nec nō ex officii Ecclesiastici rati-

ratione, nec non autoritate Stellæ. Demonstratur, ipsos gentiles Philosophos & rerum publicarum Gubernatores prudentes Aristippum, Themistoclem & Lycurgum rem melius dijudicasse. Probatur in præconio verbi publico & privato esse medium efficax attrahendi peccatores.

INterim tamen, qvamdiu qvis manet in communione Ecclesiæ externâ, in qvâ purum viget verbi præconium, nec per epicuræum contemptum pe-

dibus margaritas pretiosas conculcat, apud eum DEUS subinde pulsat verbi præconio, severis objurgationibus & correctionibus, blandè etiam per propositionem divinæ benignitatis ad pœnitentiam invitat, qvamvis in atrocissima lapsus sit crimina. Hâc gratiâ retrahente (licet absqve effectu) revocare voluit DEUS per *Samuelem*, impium & mandato suo inobedientem *Regem Saulum*, *Davidem* etiam attraxit, *Herodem Regem* impium per Johannem corripuit; *Dicebat*, namq; inqvit *Matthæus*, ei *Johannes*, non *licet tibi eam habere*. *Centuriatores* ex *Chrysostomo* docent, *Johannem* præsentibus omnibus ac audientibus pronunciatâ sententiâ *Herodem* damnasse. Instare, insistere oportet verbi ministros huic verbi præconio, etiamsi pertinaces videant in malo Auditores, apud qvos qvicqvid dixerint, qvo animo dixerint, qvanto cum studio & prudentia Zeli dixerint vilescit, cum expressa DEUS dede-

1. *Sam.* 13. *v.* 13. *sq.*
1. *Sam.* 15. *v.* 16. *sq.*
2. *Sam.* 12.
Matth. 14. *v.* 4.
Centur. prima Magdeburg. libr. 1. *cap.* 3. *p.* 16.

dederit in verbo suo ad id faciendum mandata. Id qvod facere eos etiam oportet, licet videant Zelosum verbi præconium cum contemptu, irrisione, jacturâ honoris & rei familiaris, imò etiam periculo vitæ conjunctum. *Reginaldus* scriptor *Pontificius* cum reliqvis casistis id habet commune, ut omittendam aut differendam dicat esse correptionem privatam, qvæ cum periculo aut incommodo corripientis conjuncta est. Qvis autem hanc probet assertionem? Tenemur enim *Deum* diligere super omnia & super nos ipsos. Tenetur etiam *Ecclesiæ pastor* ignominiam gloriæ divinæ & extremum animæ fraternæ periculum qvacunq; possibili ratione etiam cum vitæ dispendio & tolerantiâ qvarumcunq; injuriarum impedire. Vide B. Dn. D. *Hülsemannum. Stella in Lucâ* eandem tractans materiam rectè judicat: *Non illico*, inqvit, *præcones verbi Dei verbum veritatis subtrahant, ubi vel animo pessimo vel*

Jerem. 15. v. 19. 20. Ezech. 2. v. 4. 5, 7. c. 3. v. 11.

Hülsemann. de corrept. fratern. §. XI p. m. 85. n. 177.

capiendi studio, quosdam sibi audi-
tores senserint adesse sperantes, ut,
sicut Christus multos dolo venientes
virtute sui verbi ad pietatem conver-
tit, ita per suos id posse præcones. Fa-
Jerem. 20. v 8. ctum fuit Jeremiæ verbum Domini
Jerem. 26. v. 23 in opprobrium totâ die: omnes
irriserunt eum, qvamobrem silere
penitus proposuit, sed audit à Do-
mino: Noli subtrahere verbum, si
Stella in cap. 14. Lucæ p.m. 118. fortè audiant & convertantur unus-
quisq; à viâ suâ malâ. Hæc Stella.
Prudentes Rerumpublicarum apud
Ethnicos administratores & Sapien-
tes Philosophi qvas non sustinue-
runt injurias, ut publico consule-
rent, & virtutem persvaderent?
Aristippus Philosophus consputus
à Dionysio Tyranno æqvo animo
illam injuriam tulit: cum autem
qvidam id ægrè ferret: Piscatores,
inqvit, ut gobionem capiant, aqvâ
maximâ se patiuntur aspergi: ego ut
balenam capiam, non patiar me aspe-
gi salivâ? Balenæ vocabulo Regem
designans, qvem suâ patientiâ cona-
batur ad Philosophiæ studium alli-
cere.

cere. Principum enim sapientia vitæ humanæ plurimum utilitatis affert, uti est apud *Possélium*. Insignis ille belli Dux *Themistocles*, uti apud *Plutarchum* legitur, acerrimam de bono publico cum *Rege Laconum Eurybiade* habebat contentionem. Ad illum pulsandum cum *Rex* baculum sustulisset, *Themistocles* dixit, *feri, sed audi*. *Lycurgus* ob leges contra commessationem & pecuniæ admirationem à qvodam percussus patienter tulit, hoc tantum de illo sumens supplicii, ut secum ille habitaret, illiq; ministraret & videret ejus virtutes domi. Inde homo correctus optimus vir evasit, uti refert *Georgius Wicelius*. Tam ignominiosa, tam probrosa cum sustinuerint *Ethnicorum Philosophi* & fortissimi *belli Duces*, *Reges* etiam, ut publicis imò etiam privatis opitularentur, annon turpe & damnabile sit in præcone verbi propositum & facinus, ob vitæ periculum, ob contemptus & irrisionis impatienti-

Possélius in Apopht. Græco-Latin. p. m. 13.

Georgius Wicelius in parallelis sacris & profanis p. m. 26.

am, ob honoris dignitatis & fortunarum jacturam abstinere â correptione peccatoris, ex qvâ lequi poterat animæ lucrum inæstimabile? Sed dabitur occasio, si Deus locum & vitam concesserit, hac de materiâ & aliis eò pertinentibus aliàs prolixius agendi. Dubium autem nullum est, qvin præconium verbi publicum & privatum & correptio peccatoris Ecclesiastica & pastoralis, maximè si Zelus cum prudentia & mansuetudine temperatus est, medium sit efficax attrahendi peccatores, si non omnes, tamen qvosdam. Probant qvod dixi clara *Scripturæ* apud *Jeremiam, Ezechielem, Hoseam* & *Jacobum* oracula qvæ evolvantur. Egregia sunt *Cypriani verba: Qui convitiis fortioribus redarguit, simulatq; instruit fratrem, promovet ad salutem. Quos diligo*, inqvit *Dominus redarguo & castigo.* Sic *oportet & Dei Sacerdotem non obsequiis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere: Imperitus Medicus est, qui tumen-*

Jerem. 2. v. 11. *cap.* 26. v. 18. 19. *Ecclesiastæ* 7. v. 6. *Hoseæ* 6. v. 5. *Jacobi* 1. v. 15. *Cyprian. in serm. de lapsis p.* m. 241.

tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in altis recessibus venenum conclusum, dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus & secandum & putaminibus amputatis medelâ fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet conqueratur æger impatiens dolorem, gratias aget postmodum, cum senserit sanitatem.

CAPUT VIGES. SEXTUM.

Medium qvartum retrahendi peccatores ad pœnitenriam est fraterna correctio & admõitio. Qverela de defectu charitatis ex Mat. 24. v. 12, 13. & ardoris Christiani proximum lapsum abstrahendi â peccatis. Redargutio

illorum, qvi hunc ardorem in aliis reprehendunt. Oſtenditur verus modus prudenter adhibens medium privatæ correptionis. Oſtenditur, privatam admonitionem & correptionem etiam ſua habere fundamenta in ſcripturâ Of. 6. v. 1. 1. Theſ. 5. v. 11. Hebr. 3. v. 13. Luc. 10. v. 33. ſq. in qvem finem etiam adducitur prolixus diſcurſus Dionyſii Carthuſiani, in qvo continentur argumenta ſolida

lida hanc correptionis privatæ veritatē comprobantia.

PErtinet *quartò* ad media retrahendi peccatorem ad pœnitentiam fraterna correctio & admonitio. Non tantum *Doctorum* & *Pastorum* est munus corripiendi lapsos, sed & auditoribus certo respectu competit invicem admonere & fratrem lapsum in peccato animo corrigendi ex charitate Christianâ corripere. Ultima sunt tempora, in qvæ nos hodie in mundo viventes reservati sumus, de qvibus ipse *Christus* ait: *Refrigescit charitas multorum.* *Charitas*, scil. christiana, *in multis omnimode exstinguetur*, ut sic τὸ *refrigescere* notet totalem charitatis christianæ defectum, qvod vel exinde patet, qvod opponatur hìc perseverantiæ ad finem. Illi igitur, in qvibus refrigescet charitas in charitate christiana non perseverabunt. Hinc *Matth.* 24. v. 12, 13.

&

& aliàs in *scripturâ* τὸ refrigescere & frigidum esse notat totalem & omnimodum caloris defectum, ubi omnis calor exstinctus est, unde & in *Apocalypsi* distinguitur â calido, item à tepido, in qvo adhuc est aliqvid caloris. Frigidum propterea nihil caloris retinet. Calor igitur charitatis christianæ juxta hæc *Christi* varba in multis ultimorum temporum christianis planè deficiet. Cum defectu Charitatis christianæ, qvod vel maximè dolendum, defecit simul hodie in plerisq; *christianis* ardor hic proximum errantem & in peccata lapsum monendi, arguendi, à peccatis adveram Deoq; placentem pœnitentiam abstrahendi. Si qvi autem sunt, in qvibus charitas hæc adhuc fervet, illos aliorum videas exponi contemptui & derisui, & odioso *illuminatorum*, *Enthusiastarum* & *Quackerorum* titulo vulgò traduci. Iniqvi hi & frigidi censores non solum ipsi benefacere nesciunt, sed nec æqvo animo fer-

Apoc. 3. v. 15, 16.

re

re possunt, si alios videant hoc inflammatos esse charitatis ardore, ut admonitione vel correptione fraternâ lucrum animarum faciant. In qvo, judicio meo, summus malitiæ & invidentiæ gradus est. Non nego, prudenter hìc agendum, qvod dum negligunt qvidam, faciunt, ut intempestiva admonitio & correptio qvibusdam ingrata fiat, qvamvis major habenda esset ratio charitatis exuberantis & intentionis piæ lucrandi animas, si seria est, qvam defectus illius, qvi in modo prudenter agendi committitur. B. Dn. *Hülsemannus* noster monet, citra extremæ necessitatis casum. in civitate & communitate, ubi probabiliter præsumitur, qvod de peccato confratris etiam aliis cognito, ab aliis vicinis, cognatis, superioribus & pastoribus suis peccator monitus vel monendus sit, privatum debere abstinere à correptione fraternâ. *At*, inqvit, *de occultis delictis, de quibus constat, nondum pœnituisse delinquen-*

Hülsemannū de Corrept. fratern. §. XI. p. m. 97, 98. n. 201.

quentem, neque præsumitur quisquam alius, officio aut conditione peccanti propior, habere notitiam, teneor ipsum corripere & è flammâ extrahere, ut Judas Apostolus loqvitur. Adderem ego, etiamsi peccatum publicum sit & notorium, fieri posse, ut lapsus, à *Pastoribus* officium suum negligentibus, à vicinis, amicis & cognatis suæ relinqveretur malitiæ, qvod ne fiat privato incumbit admonitio & correptio, qvam tutius juxta regulam charitatis *christianæ* peraget, qvàm ut ex probabili præsumptione sæpius fallente à charitatis viâ discedens lucrum animæ negligat. *Dionysius Carthusianus* negotium vel materiam hanc tangens ait, *peccatum dupliciter* considerari, 1. in qvantum nocivum peccanti, sicq; peccantem arguere actus est charitatis, ad qvem omnes tenentur, sicut ad charitatem, nam ista correptio non est nisi remedium contra peccatum. 2. Consideratur peccatum ut est aliorum scandalizativum

Epist. Judæ v. 23.

Dionysius Carthusianus serm. 3. circa Evang. Domin. 22. post Trinit. f. m. 364 b.

vum & turbativum, inhonorativumq; Dei, & ita peccantem corripere est actus justitiæ spectans præsertim ad præsidentes, qvorum est respicere ad bonum commune, & conservare legem atqve tenorem ac rigorem justitiæ: addit *idem*, observationem ejus esse valdè necessariam & tam observanti qvam aliis fructuosam ob cujus transgressionem seu NB. omissionē innumerabiles homines condemnentur. Item omitti eam vitiosè, & cum mortali peccato, qvando ex cupiditate aut timore corporalis pœnæ temporalisve damni aut simili causâ, qvæ non est charitati præferenda, omittitur. Habet certè hæc privata & fraterna correptio etiam sua in *scripturâ* *Oseæ 6.* fundamenta. Apud *Oseam* Pro- *v. 1.* phetam cruce pressi & fatigati *Judæi* sese invicem ita mutuâ ad pœnitentiã admonitione inclamant: *Venite & revertemur ad Dominum: qvia ipse percutiet & sanabit nos.* *1. Thess.* *Thessalonicensibus* hoc mandatum *5.* *v. 11.*

dat

dat *Paulus*: *Adhortamini alii alios & ædificate* singuli *singulos*, *sicut &*
Hebr. 3. v. 12. *facitis*. Simile est huic illud, qvod in epistolâ *ad Hebræos* legitur: *Exhortamini alii alios quotidie, quoad appellatur dies hodiernus*, id est toto vitæ tempore. Qvamdiu namq; vivimus, obligati sumus ad mutuam exhortationem. Illius, qvi in viâ *Hierichunticâ* in latrones inciderat, miseri viatoris, â qvibus ad
Luc. 10. v. 33. sq. mortem usqve erat percussus, medelam *Samaritanus* ex commiseratione suscipit, non exspectans vel *Sacerdotem*, vel *Levitam*, vel *Judæum*, vel *cognatum*, vel *amicum* aliqvem, qvi vulnerato opem ferret & medicinam adhiberet. Unum ex *latronibus*, in qvorum medio crucifigebatur *Christus*, *Salvatori* nostro convitiantem, ex charitatis ardore objurgavit alter jam conversus, dicens, *ne tu quidem Deum times, cum in eâdem sis damnatione? Et nos quidem justè (nam digna factis recipimus) iste verò nihil indecens fecit.* Sic etiam per fra-

ter-

ternam correptionem *latronem* illum in ultimâ mortis horâ constitutum à peccatis ad pœnitentiam abstrahere dignata est divina benignitas. Audivimus paulò ante ex antiqvis *Scholasticis Dionysium Carthusianum* graviter hâc de materiâ agentem, qvem non pigebit porrò audire. Sunt igitur & hæc ejus verba: *Sicut quilibet tenetur omnem diligere hominem, ita tenetur omnium hominum desiderare salutem, & pro omnium salute ingenerali esse sollicitus, ut salventur, atque orare pro universis, ac cætera charitatis opera auxiliaqꝫ impendere, congruo loco ac tempore suo, dum causa requirit. Hinc scriptum est (Eccles. 17.) unicuiqꝫ mandavit Deus de proximo suo, & secundum Augustinum ad correptionem fraternã omnes tenemur, præsertim prout correptio illa actus est charitatis. Et simili modo ad exhortationem, informationem ac consolationem fraternam & charitativam pro posse, cum & ista sint spiritualia misericordiæ opera. Propter hoc ad*

Dionysii Carthus. serm. 2. circa Evang. Domin. 3 Adven. t. f. m. 32. b. 23. a.

Theſſalonicenſes ſcribit Apoſtolus: Corripite inquietos. Item qvibusdam interjectis: *Denique omnes chriſtiani confratres ſunt, non ſolum communione naturæ, ſed etiam Chriſtianitatis religione. Sunt inſuper commilitones, quia contra eosdem inviſibiles hoſtes Diabolos, contra easdem ſeculi vanitates, contra easdem carnis concupiſcentias ac propria voluntatis perverſitates pugna eſt eis. Sunt item conſervi, quia ejusdem Dei miniſtri. Sunt item conviatores. id eſt ejusdem itineris ambulatores, & ad finem eundem tendentes, quia per viam hujus exilii ad cœleſtis pergunt beatitudinem regni. Hinc ſe invicem debent ad bona hortari, ſpiritualiter conſolari & pro ſuis defectibus charitativè corripere. unusq; alium pro poſſe inſtruere, æternæ quoque damnationis ſupplicia debent ſibi invicem comminari, & ſe mutuò contra hoſtes ſuæ ſalutis roborare, juvare ac animare, ut ſic juxta doctrinam beatiſſimi Principis Apoſtolorum, unusquisq; gratiam deſuper*

Theſſ. 5. v. 14.

præ-

præstitam proximo charitativè communicet. Idcircò ad Colossenses ait Apostolus. Super omnia charitatem habete docentes & commonentes vos ipsos. Item, tantò quisq; perfectior est in Dei amore. quantò plures trahit in ejus amorem. Item: Si viderimus aliquem in corpore vulneratum, nonne exhortaremur eum, ut medicamenta suis faceret adhiberi vulneribus, ne putrescendo mortem infligerent? Et si aliquem videremus proficisci per viam ad præcipitium aut lacum mortis ducentem, nonne revocaremus eum à tali itinere? Et si quis iret nobiscum pigrè per viam, & hinc inde stultè diverteret atque inutiles faceret moras, nonne hortaremur eum ad gradiendum velocius, directius & magis continuè? Cum ergo anima sit incomparabiliter præstantior corpore, incomparabiliter justius exstat & dignius, ut eos, qui per peccata Spiritualiter læsi sunt, qui pravè vivendo ad lacum infernalem festinant, qui in viâ Dei non rectè procedunt, sed undiq; evagan- Coloss. 3.

tur, exhortemur, ut sua curent per confessionem & cætera sacramenta peccata, viæ suæ æternæ vitent pericula, atque per opera virtuosa ad cœlestis regni accelerent mansionem. Hæc *Dionys. Carthus.* l. c. confer ex nostris *Keslerum.*

Andreas Keslerus im Theologischem Bericht de pœnitent. Christian. part. 2. c. 1. p. m. 56, 57.

CAPUT VIGES. SEPT.

Medium qvintum retrahendi peccatores ad pœnitentiam dicitur esse in colloqviis Christianis, piis & devotis. Ad qvæ nos obstringi monetur ex usu oris, labiorum, linguæ & sermonis divinitus concessorum. Qverela de neglectu istiusmodi colloqviorum in conventibus &

con-

cõviviis hodiernis. Fũdamenta colloqvi orũ piorum & devotorum monſtrantur è ſcripturæ dictis Exod. 15. v. 9. Pſal. 119. v. 99. Luc. 14. v. 3. ſeq. Confirmatur etiam inſigni diſcurſu Chryſoſtomi: Illuſtratur qvoqve exemplo Nepotiani, de qvo Hieronymus, & Theodoſii junioris, de qvo agit Socrates. Paræneſis ad excitandum ardorem eorum, qvi hactenus hoc medio uſi ſunt, ut

in eo laudabiliter pergant, licet paratum videant sibi propterea ab impio & ingrato mundo contemptū.

MEdium *quintum*, qvo retrahit DEUS peccatores ex divinâ benignitate ad pœnitentiam christianam, sunt colloqvia christiana &, pia, ad pietatem & devotionem ducentia. Os, labia, linguam. sermonem dedit DEUS, ut omni loco & tempore eis uteremur ad DEI gloriam & salutem proximi. Qvotus autem qvisqve est, qvi hoc considerat, cum colloqvia Christianorum, *proh pudor!* in conventibus & conviviis vel directa sint ad destructionem, ad risum & scurrilitatem, unde seqvuntur scandala & proximi offensio: vel etiam, si honesta sunt, curiosè inqvirant in ea, qvæ nova sunt, in ea, qvæ res hujus vitæ concernunt, nihil autem curent res spirituales & alterius vitæ. Audi de eo qve-

relam

relamillius, qvem antea adduximus, *Dionysii Carthusiani: Convenientes*, inqvit, *& pariter considentes Christiani ferè omnes, per verba scurrilia, detrectoria, irrisoria, stulta, levia & nimis superflua se invicem spiritualiter lædunt, scandalizant, offendunt, atque ad NB. inferos pertrahunt, juxta illud Micheæ. Vir fratrem suum venatur ad mortem. In talibus verbis tempus suum deducunt, imò miserabiliter perdunt, variis delectationibus, jocis & cachinnationibus se relaxant & sine mensura peccant ac pereunt.* Hæc *ille*. Hæc ratio est, ut qvibusdam Christianis piis & devotis valdè molestum sit interesse conventibus & conviviis, in qvibus qvot verba proferuntur, tot ferè ponuntur proximo scandala. Qvantò melius esset piis & devotis colloqviis se invicem ædificare, qværere gloriam DEI & salutem proximi, retrahere efficaciâ verbi divini occasione datâ, proximum lapsum à peccatis ad pœnitentiam. In qvem scopum *Dionys. Carthus.* l. c. Ita pergit: *Abjiciatur*

Dionys. Carthus. circa Evang. Domin. 3. Advent. serm. 2. f. m. 22. b. Mich. 7.

ciatur ista consuetudo pravissima, & proximum suum unusquisq; verbo & exemplo secum trahat ad finem creationis humanæ, hoc est ad cœlestis gaudia patriæ, ad Deum, ad spiritualem profectum, & hoc indesinenter agamus in deserto hoc est in hoc seculo nequam, in præsenti exilio. &c. Judæis dedit *Deus* in mandatis, ut legem suam haberent in ore, inqve conventibus de ea ad ædificandum semper loqverentur. *Regius Psalmista David* suum proponens exemplum ait: *de testimoniis tuis jugiter mihi sermo est. Christo* cum aliis convivis conveniente in domum cujusdam ex primoribus *Pharisæorum*, differuit de verâ sanctificatione *Sabbati*, de dilectione *proximi*, de humilitate retrahens ex benignitate suâ convivas præsentes â superstitione, â superbiâ ad veram pœnitentiam ejusq; opera. *Chrysostomus* ait: *quomodo in cœtu hominum versari propter Deum licet? Si cum aliis sedeas, non de rebus externis differens, neque de his, qua*

Exod. 13. v. 9.

Ps. 119. v. 99. Lucæ 14 v. 3. sq.

Chrysost. T. 5. Oratione habitâ Calendis p. m 945.

quæ nobis planè perparum aut nihil conducunt, sed de religione nostrâ, de gehennâ, de regno cœlorum, non autem de rebus inanibus aut supervacaneis, cujus generis hæc sunt: Quis Magistratum gerit? Quis Magistratu abiit? Quâ de causâ hic mulctatus sit? Unde ille tantum lucratus sit & locupletissimus evaserit? Quid ille huic reliquerit moriens: Quomodo ille ab hæreditate abfuerit, cum inprimis hæredibus se adscribendum putaverit? & multa alia his similia. De his rebus autem neque nos communicemus neq; alios communicare permittamus, sed consideremus potius, quibus dictis aut factis Deo placebimus. Hæc Chrysost. Commendat ab hoc studio sancto Nepotianum suum Hieronymus. Sermo, inqvit, ejus per omne convivium de scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecundè, recta suscipere, prava non acriter confutare, disputatorem magis docere quam vincere. Nec Principes dedecent Magnos istiusmodi pia & ex verbo DEI ad ædificationem assi-

Hieronym. T. 1. operis epist. in epist. ad Heliodor. p. m. 24.

dentium instituta colloqvia. De *Theodosio* juniore ita Socrates: *Ad hæc & palatium sic disposuit, ut haud alienum esset à Monasterio. Matutinis ipse temporibus unà cum sororibus suis responsorios & alternos hymnos dicebat. Quapropter & sacras literas memoriter recensebat. Cum Episcopis enim, perinde ac si olim constitutus esset sacerdos, ex scripturis loquebatur.* Hæc *Socrates*. O si id impetrari posset à *Christianis*, ut eodem studio in conviviis vel conventibus se invicem ædificarent, qvàm salubres, qvàm egregii in abstrahendis peccatoribus ex benignitate DEI ad pœnitentiam essent exspectandi fructus! Persistant in eo pii & devoti christiani in id intenti, commodent linguam, os, labia, sermonem *Spiritui Sancto* volenti per colloqvia istiusmodi pia etiam lapsos retrahere à peccatis, etiamsi seqvatur eos nihil nisi irrisio & contemptus. Qvæ si illis obtingant, possunt cum *Davide* dicere: *Nam & Principes consident &*

Socrates libr. 7. hist. Eccles. cap. 22. p.m. 403.

ob-

obtrectant mihi, quod servus tuus differat de decretis tuis. Lumen hunc usum præstat hominibus, ut aliud accendant, *tu* qvisqvis es, illuminate, pie & devote *Christiane*, fac ut per pia colloqvia fides tua in proximo qvoqve, opitulante gratia Dei, lumen accendat. Gaudium qvod ex lucro animarum sequitur facilè vincet irrisionem & contemptum, qvem ab impio propterea sustinemus mundo. Commendo pios & utiles labores *Ahasveri Fritschij* JCTI, qvi peculiarem scripsit in lingvâ vernaculâ de ædificatione proximi per colloqvia pia tractatum, qvem opto cum devotione ab omnibus legi.

Ps. 119. v. 23.

Ahasveri Fritschii tractetlein von Christschuldiger Erbauung des Nächsten durch gottseelige Gespräch. Exeus. Francofurti Anno 1676.

CAPUT VIGES. OCT.

Sextum medium retrahendi peccatores ad pœnitentiam est in calamitatibus variis. Nota-

tatur pravum mundi judicium de vitæ hujus calamitatibus & bonorum affluentiâ. Cui opponitur judicium sanũ consistens primo in eo, qvod felicitas continua absq; calamitatibus sit signũ iræ & reprobationis divinæ. Id qvod similitudinibus, scripturæ & patrum testimoniis, & Mariæ Angliæ Reginæ illustratur apophthegmate: Consistens secundò in eo, qvod Deus lapsos per calamitates

tes tanqvam per funiculum qvendam ad se retrahat. Qvod ex variis scripturæ dictis seu oraculis confirmatur. Explicatur hæc qvorundã phrasis, vel hic loqvendi modus, calamitates & afflictiones sunt purgationes. Adduntur dicta patrum. Agitur porrò de modo DEI asperioribus pœnis retrahendi eos, qvi ad ictum calamitatum communium & leniorum non resipiscunt.

Sex-

SExtum medium est crux, sunt calamitates variæ. Ea est hominum, qvi præsentia amant, mens & opinio, ut bonis hujus vitæ intenti, eorum præsentiam credant esse DEI amorem & dilectionem, absentiam autem interpretentur iram DEI & damnationis æternæ signum. Observasse id *Gregorium* constat ex hisce ejus verbis: *Solam præsentis vitæ gloriã diligẽtes flagellũ damnationem credunt.* Hæc ille. Astrem verius dijudicantes persvasum habent, felicitatem continuam absqve calamitatibus signum esse reprobationis, & è contrà calamitates varias funiculum esse, per qvem DEUS lapsos in peccatum ex benignitate suâ ineffabili ad pœnitentiam retrahat. Prima de felicitate continuâ absqve calamitatibus assertio certa omnino est. Illi, qvi terram colunt, qvos noverunt agros steriles & inutiles, relinqvunt incultos, non sulcant nec aratro scindunt: *Medici* eorum, de qvorum restitutione desperant, curam

Gregor. M. libr. 16 Moral. in Job. cap. 25. p. m. 554.

curam nullam habent, non propinant potiones medicas & amaras, utpote parum conducibiles, | permittunt etiam non ex | benignitate sed ex desperatione salutis dari illis, qvæ desiderant. *Magistri* etiam & *Præceptores* stupidorum discipulorum parvam vel nullam habent curam, utpote eorum informationem laboriosam scientes esse fruſtraneam. Hic qvoqve processus est DEI cum reprobis; Qvorũ, cum fruſtraneam & inutilem videat castigationem *relinquit eos* absqve calamitatibus *desideriis cordis eorum*, ut eant *juxta consilia & adinventiones suas*. Gregorii M. verba sunt: *Hoc esse proprium infirmantium judicium solet, ut tantò quemptam existiment justum quantò hunc adipisci conspiciunt omne quod appetit: Cum videlicet noverimus, bona terrena justis subtrahi, quæ largo munere tribuuntur injustis, quin & desperatis ægris Medici quicquid poposcerunt, dare præcipiunt, & iis, quos reduci posse ad salutem prævident,*

Ps. 81. v. 10. Gregor. M. libr. 16. expos. moral. in Job. cap. 9. p. m. 553.

dent, quæ appetunt, dari contradicunt. Hæc ille. Dionysius Carthusianus inqvit: *Præcipuum signum reprobationis divinæ & futuræ damnationis æternæ est, in hoc seculo prosperari nec castigari, sed propriis ad inventionibus desideriisq; relinqui, quemadmodum de talibus Deus fatetur, dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Similia habet in sermone alio. De Mariâ Angliæ Reginâ illud memorabile est apophthegma: Dicebat namq;: *Mihi si optio daretur sortis, mediocrem fortunam eligerem scilicet mediam inter nimium secundam & valde adversam: Quod si non daretur, vivere durâ quam felice mallem. Quid ita? Quia miseris inquit, solatia non desunt, & nimium felix Dei sæpè non recordatur.* Qvod aliqvis in carmine vel versu ita expressit:

Non desunt miseris solatia, dixit,
at illum
Qui nimis est felix, mens bona sæpe fugit.

Videatur *Lælius Biscola*. Posterius multis comprobatur scriptu-

Dionys. Carthusian. Dominic. 16. post Trinit. serm. 1. circa epist. f. m. 326. b.

Serm. 3. ejusdem Dominic. f m. 339. a.

Lælius Bisciola. T. 2. be-

Scripturæ oraculis, in libro *Jobi*, *proverbiis Salomonis*, *Psalmis*, *Ezechiele*, *Hoseæ*, *libro Sapientiæ*, *libro Maccabæorum secundo*, *Epistola ad Hebræos*, *priori epistolâ Petrinâ & Johannis* Apocalypsi exstantibus, qvæ evolvantur & diligenter, ut decet, considerentur. Patebit namq; in calamitatibus esse singularem DEI benignitatem, qvibus tanqvam funiculo qvodam relapsos peccatores ad se per pœnitentiam à peccatis trahit. Dici propterea solent calamitates & afflictiones ex benignitate DEI in correctionem nobis immissæ à qvibusdam *purgationes*, qvorum scopus rectè tenendus est, purgare namq; dicuntur peccatorem lapsū non propriè & effectivè, sed occasionaliter & moraliter. Qvemadmodum namq; virga dicitur pellere stultitiam & puero dare prudentiam non effectu suo proprio & immediato, sed ex occasione, qvia pœnæ sensu errati admonet, sic & calamitates nos ad DEI misericor-

rarū subcisiv lib. 1. c. 3. p. m. 83. Job. 5. v. 17. Ps. 42. v. 7. Ps. 78. v. 36. Ezech. 9. v. 6. Hoseæ 6. v. 1. Sapientiæ 12. v. 2. 2. Maccab. 6. v. 12. sq. Es. 28 v. 1. Es. 48, v. 10. Ebr. 12. v. 6. sq. 1. Pet. 4 v. 1. Apoc. 3. v. 19.

diam confugere docent, & in futurum prudentiores reddunt. Itaqve possunt esse purgationisoccasiones, non tamen causæ propriè effectivè. Nulla est enim in afflictionibus vis purgativa, nam multi affliguntur, qvi nihil fiunt meliores, qvi est discursus *Riveti*. Placet etiam margaritam tollere è luto, & audire explicationem hanc confirmatam & non malè explicatam in *Revelationibus Brigittæ*. Est DEUS, prout verba habent, *sicut optima lotrix, quæ pannum immundum ponens inter procellas, ut ex motione aquæ fiat purior & candidior, diligenter autem cavet ictus undarum, ne submergatur pannus. Sic Deus ponit in præsenti amicos suos inter procellas paupertatis & tribulationis, quibus ad æternam vitam purgantur* (tracti scil. qvod addimus juxta *scripturæ*, sensum ex benignitate Dei hac occasiõe ad *Christum*, cujus sanguine purgantur ab omnibus peccatis) *custodiens eos diligenter, ne vel nimiâ tristitiâ*

Rivetus T. 3. in summâ, controvers. fidei Tract. 2. qu. 43. p. m. 231. Revelat. Brigitt. l. 3. c. 30. p. m. 297

vel

vel tribulatione intolerabili demergantur. Hæc l. c. Chrysostomus ait: *Tale est amantium ingenium, ut quando benefacientes non diliguntur, cogantur vehementes fieri & minari, non quidem volentes, sed amoris violentiâ ad hoc impulsi, ut vel sic contemptores suos ad se pertrahant. Tametsi enim talis dilectio coactionem habeat, solatur tamen eos vel ita diligi, propter vehementem dilectionem, quâ præditi sunt. Sumit ergò supplicium & ipsa dilectio. Nam qui non dolent, quod odio habeantur, illi neque punire cupiunt. Propterea etiam non detrectat ad crassiora verba descendere, humanorumq; affectuum sermonibus uti, atque æmulatorem se ipsum vocare. Deus enim inquit, æmulator ego sum, quatenus dilectionis vehementiam addiscas. Diligamus ergo ipsum, quemadmodum desiderat. Pro magno quidem habet, si diligatur à nobis. Quod si aversamur, manet obsecrans, & si converti noluerimus, punit, quia diligit, non simpliciter ut pœnas sumat.*

Chrysost. in Morali exhort. post sermon. 23. in Epist. ad Rom. p. m. 262

Idem T. 5. homil. 7. ad populũ Antiochen. p. m. 80.

Hæc *Chrysost. Idem* ad *populum Antiochenum* id ita à contrario explicat. *Judices cum latrones ceperint & sacrilegos non quomodo ipsos reddant meliores, considerant, sed quomodo ab ipsis peccatorum pœnas exigant: Deus autem contra, cum aliquem ceperit peccatorem, non considerat, quomodo sumat supplicium, sed quomodo ipsum corripiat & meliorem faciat & in futurum inexpugnabilem. Itaq; judex pariter & Medicus & Magister est Deus.* *Idem* alibi hoc crucis & calamitatum, in qvo benignè ad lapsorum DEUS intendit pœnitentiam, Mysterium explicat similitudine sumptâ à Medico: *Deus*, inqvit *flagella nobis minatur & interim adducit, non ut se ulciscatur, sed ut nos ad se trahat. Medicus enim propter contumeliam mente captorum non dolet, sed omnia facit, omnia molitur, quæ ad sedandos illorum absurdos mores attinent, non suam spectans sed illorum utilitatem &c.* *Gregorius Nazianzenus* ad *Cæsarium* Fratrem scribens, qvi

Idem T. 5. epist. 5. ad Theodor. lapsum p. m. 983.

in

in terræ motu, qvo *Niceæ Bithyniæ* urbis pars maxima dejecta erat, ingens mortis periculum effugerat, ita scribit: *Historiam posteris demus, tum ad gloriam nostram, tum ad animarum utilitatem amplam & præclaram, quæ etiam ipsa utilissimo documento plerisq; sit, nimirum periculum securitate & calamitatem rebus secundis potiorem esse magisq; expetendam. Siquidem ante timores mundo addicti eramus: post timores Deo nos addiximus.* Hæc *Gregorius Nazianzenus*. Patebit, *puto*, abundè ex hactenus dictis, esse in calamitatibus amoris divini funiculum, qvo peccatores relapsos ad se trahat iterum. Fieri autem qvia solet sæpius, ut magni & indurati peccatores ad flagellorum mediocritatem nihil qvippiam moveantur, fieri etiam solet, ut duritiem illorum Deus duris etiam & asperis frangat suppliciis, adeoq; faciat juxta proverbiū vulgare: *Duro nodo durus est quærendus cuneus*. Sicut adamas molle-

Gregor. Nazianzen. T. 1 op. epist. 16. ad Cæsarium Fratrem p.m.299

scere dicitur nonnisi sanguine hircino, ita corda dura & contumacia, non flagellis vulgaribus, sed sanguine dirisq; molliuntur cladibus. *Plutarchus* de seræ Numinis vindictâ sub finem historiam narrat vel potius fabulam, qvam ad illustrationem hic placet adscribere. *Thespesius* ait, *fuit scelerata & deplorata vita. De eo consultum oraculum, num quæ emendationis ejus spes foret? respondit: Melior erit, postquam fuerit mortuus: paulò post Thespesius gravi lapsu & casu collisus exanimis jacuit. Tertio die ad se rediens, rogatus, ubi fuisset, quomodo rediisset, dixit: in casu hoc animam suam eductam è corpore alia omnia vidisse & sensisse ideoq; mox totam aliam esse factam. In visione illâ quendam è cognatis vitâ functis ad eum accessisse & salutasse: Salve Thespesi: cui ille: Non Thespesius vocor sed Aridæus: mox animam cognati replicasse: Aridæus hactenus fuisti, sed de inceps eris Thespesius, quæ vox Græcè divinum significat. Ita etiam*

iam factum est. Qui enim antea erat impius, libidinosus, ebriosus, hoc casu factus est pius, castus, sobrius & Virtutum speculum. Fabula hæc est, habens ingens morale. Nos ex *Scripturâ*, scimus, hunc *Dei* esse morem, ut acerbo supplicio coërceat & frangat roboratam in malo mentis consuetudinem. Sic *Nebucadnezâr* solo dejectus & rationis usu privatus, cervice submissâ ad *Deum* conversus est. *Magdalena* septem Dæmonibus obsessa, *Christum* reqvisivit *Medicum*. Saulus qvoqve prostratus in terram factus est *Paulus* dicens *Domine quid vis me facere?*

CAPUT VIGES. NON.

Movetur occasione eorum, qvæ præcedunt, qvæstio: an auctoribus hodiernorum scandalorum petenda sit â

Deo immissio plagarum & calamitatum asperarum, ut vel sic tandem gratia Dei retrahente resipiscant? id quod & variis rationibus dissuadetur interim admittitur pium votum sub conditione scientiæ & voluntatis divinæ. Qvò refertur cantio nostra Ecclesiastica **sols ja so seyn** &c. Votum hoc antiqvorum: ò Domine: hîc ure! hîc seca! modo parcas in futuro. Item exemplū Im-

Imperatoris Mauritii & Audomari Episcopi. A qvo voto multũ discrepat petitio immittendarum calamitatum absoluta, à qva abstinendum est. Explicantur verba qvædã dubia oecumenii. Ostenditur insuper petitionem istiusmodi absolutam adversari orationi dominicæ, instinctui naturali, creatoris intentioni & dilectionis proximi mãdato monstratur tandem verus qværendi

illorum pœnitentiam modus.

QVid jam, *ô mei*, capiemus consilii, vel qvid dicemus in hodierno tam miserè turbato & afflicto *Ecclesiæ* statu? Optandum ne & petendum est à Deo, ut auctoribus procellarum, qvibus indesinenter jactamur, & offendiculorum sive scandalorum, per qvæ tot animæ pretioso Christi sangvine redemptæ rapiuntur in *Diaboli* laqveos & in infernale barathrum, immittantur à Deo acres & perseverantes, duræ & asperæ calamitates, tangentes ipsum corpus, ossa carnem, ut vel sic tandem gratiâ DEI retrahente resipiscant? Hanc novi multorum esse ex optimo in peccatores affectu mentem, hoc & ex intentione salutis eorum votum. Si placet audire, meam breviter *Scripturæ* conformem declarabo sententiam. Nemo nostrûm est, cui revelaverit Deus, qvo medio

dio hos vel illos peccatores à peccato retrahere velit. Alia cum sint proximè conversionem peccatoris caussantia media, qvis audebit DEO certa ad hos vel illos convertendos nominare vel præscribere media? Incertum etiam nobis est, an immissis calamitatibus istiusmodi duris & asperis sit secutura conversio. *Deus*, cui nota sunt omnia futura, solus perspectum habet, qvid profuturum sit ad salutem, & qvid non. Huic proinde committendus in genere est piis & devotis precibus miser *Ecclesiæ* nostræ status, omniumq; lapsorum tam seductorum qvam seducentium salus. Cumq; absqve fide nihil sit petendum à *Deo*, fides autem nitatur verbo mandati & promissi divini, non poterit hæc petitio, hoc votum placere DEO, utpote destitutum verbo, mandati & promissi, cum nullibi exstet præceptum (qvicqvid sit de uno vel altero exemplo singulari & inimitabili) qvo talis petitio vobis injun-

injungitur, nullibi qvoqve exſtat verbum promiſſi de exauditione. Non erit qvidem incommodum votum qvod ſub conditione voluntatis divinæ, & ſcientiæ, ſi ſcilicet DEUS noverit iſtiusmodi calamitates fore peccatoribus ſalutares, & ad ſalutem conducibiles, ſi DEO hoc medium converſionis placuerit, ſi averti ita poterit peccatorum damnatio infernalis, ad DEUM dirigitur. Huc pertinet *cantio Eccleſiaſtica* Solß ja ſo ſeyn &c. Nota etiam ſunt exempla eorum, qvi hìc potius affligi à DEO petierunt, qvàm torqveri in vitâ alterâ. Veterum votum fuit, *ô Domine hic ure! hic ſeca. modò parcas in futuro.* Placet annotare exemplum *Mauritii Imperatoris.* *Hic* per qvietem à viro divinæ ſpeciei interrogatus, utro in loco facinoris in captivos admiſſi pœnas dare mallet, in hâc vitâ an in futurâ? reſpondit: *Amator hominum, Domine & judex juſte, hic potius, & non in illo ſeculo.* Tunc audivit:

Tradi-

Tradite ergo eum omni familiæ Phocæ. Non ita multò post etiam *Phocas* cum exercitu venit, qvi spectante *Mauritio* ejus conjugem & liberos captos omnes trucidari fecit, dicente ad singulos istos *Mauritio*: *justus es Domine, & justa sunt judicia tua.* De qvo exemplo videatur *Nicephorus Callistus* & *Paulus Diaconus*. Fabula est, non historia qvam ex *Surio* de *Audomaro Episcopo* cœco refert in Panario Jesuita *Busæus*. *in S. Vedasti*, inqvit *historiâ, cum Atrebati corpus ejus in alium locũ trãsferretur, legimus Audomarum Episcopum cœcum cum optaret videre sancti ossa, illico visum recepisse. Deinde cum orasset, si minus animæ conduceret donum videndi, rediret infirmitas, iteratò oculis captum esse.* Notandum etiam venit distichon seqvens:

Ille unus felix, qui fletum hic egerit omnem
Ne lacrymas stillet post sua fata novas.

Hæc qvamvis ita sese habeant, puto

Nicephorus Callisl. lib. 18. Hist. Eccles. c 38 p.m 916 Paulus Diatnus lib. 1p. & pario p.m.938. Historiarum p. m.534, 535, 540. Joh Busæus Jesuita in Panario p.m 170.

puto tamen non licitum esse, vel sibi vel etiam aliis absolutè apprecari immissionem tentationum & calamitatum. Dominus certè in *Oratione Dominica* vult deprecari ut omne ita qvoqve crucis & calamitatum malum. *Christus* qvoqve licet non fugerit passionem, calicem tamen crucis in oliveto intensè deprecatus est. B. Nostri *Lutheri* de hoc *Christi* exemplo verba sunt:

Lutherus T. 1. *Isleb. p. m. 429. b.*

Er hat das Creutz nicht fliehen wollen/ sonst hätte Er eine Meil oder zwo von der Stadt hinweg reisen können/ aber Er ist seinem Todt gleich nachgegangen/ hat dennoch das Creutz selbst NB. nicht gesuchet. Er ist in seinem gemeinen Weg gangen nach seiner gewöhnlichen Weise. Solches ist eine gemeine Lehre daß man NB. das Creutz weder suchen noch fliehen soll. GOtt hat uns den Leib gegeben/ dazu Speiß/ Hoff/ Hauß &c. Will ihn auch geehret haben. Er hat niemand den Leib dazu gegeben/ daß er ihm soll Wehe thun/ oder Schaden zufügen/ sonst hätte er nicht einen gesunden

sunden Leib geschaffen/ daß er arbeiten soll/ sein Futter und Ruhe haben. So ist nun die Lehre an diesem Orth/ daß man das Ubel und Unglück nicht selber suchen soll/ solches hat GOtt von Natur in unsere Hertzen gepflantzet und gebildet &c. Consonat hoc *Chrysostomi* ad populum *Antiochenum*: *jubemur* enim, inqvit, *non petere tentationem*. *Oecumenii* qvidem verba sunt. *Porro quæ à Deo sunt tentationes, ut quæ Job vel Abraham contigerint, non fugiendæ sunt, quin potius, si quo modo fieri potest, per patientiam & gratiarum actionem adsciscendæ*, Ἀλὰ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἐπισπαστέον: Ast *Bartholomæus Coppen* in hæc verba benè annotat. *Tentatio Dei nos exercet atque adeo non est fugienda, ut etiam (si Oecumenio credimus) sit accersenda, non quidem voto & desiderio nostro expetenda, sed perferendi studio & patiendi officio velut provocanda*. Hæc *ille*. Qvod si igitur Orationi Dominicæ adversatur & naturali instinctui & Creatoris intentioni

Bartholomæus Coppen in Oecumen. p. m. 361.

tioni

tioni petere à DEO, nobis immitti calamitates, idem valet in proximo, cui etiam in peccata gravissima lapso non est petenda calamitatum nisi sub conditione ante dictâ immissio. Qvintum etiam Decalogi præceptum prohibet omne damnum proximi, qvod proinde potius precibus & votis nostris avertere qvàm ita absolutè de fine futuræ conversionis incerti apprecari debemus. Instandum proinde erit precibus, instandum præconio verbo publico & privato, præeundem qvoqve laudabilibus inq; oculos incurrentibus exemplis, ita ut magnâ cum mansuetudine & patientiâ exspectemus, num aliqvando DEUS daturus sit peccatoribus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, & num sanitate mentis receptâ evasuri sint ex *Diaboli* laqveo, qvod est præscriptum nobis *Apostoli* monitum, qvod tuto absqve periculo & scrupulo sequemur. Oportet deniqve peccatores sibi cavere ab irâ & indigna-

dignatione DEI, ne in manus DEI vindicatricis incidant, cum *horrendum sit incidere in manus Dei*. Conferri meretur *Danhauerus*. Hebr. 10 v. 31. Danhauerus Theol. Conscient. part. 2 specialè p. m. 415 416.

CAPUT TRIGESIMUM.

Parænesis ad peccatores desumpta ex insignis hujus divinæ benignitatis prolixè hactenus propositæ æstimatione: Resipiscere contumaciter nolentes satanæ dicuntur esse similes, qvi postluam â Deo apostasiam nullam desiderat Dei gratiam. Movetur & deci-

ditur ex Theologia Scholastica qvæstio unde hæc sit Diaboli incorrigibilis malitia? Contumaciter impœnitentes, non tantum dicuntur esse Diabolo similes, Sed & qvodammodo pejores. Ostenditur qvâm turpe crimen sit spretâ imagine Dei sanctâ induere turpem, infernalem & incorrigibilem Diaboli larvam. Illustratur exemplo pulchræ puellæ, & regis Demetrii.

Pro-

PRolixe autem sic hactenus de benignitate Dei disseruimus, ex qvibus constabit sole meridiano clarius, *Deum* seriò pœnitentes absqve morâ statim, horâ & momento, qvo convertuntur, gratis absqve respectu operum pœnalium recipere in gratiam, ita ut non dedignetur eos, etiam qvi graviter sæpius & iteratò lapsi sunt. Qvid igitur cunctamini *ò peccatores*, qvò minus ad asylum Gratiæ divinæ, pro avertendâ irâ DEI, pœnâq; temporali & æternâ confugiatis, qvò minus gratiam sæpius oblatam recipiatis: Expendite *quæso*, qvantâ cum aviditate homo ob crimina commissa à *judice* capite plectendus apprehensurus sit condonationem & remissionem pœnæ oblatam: & vos ob peccata iræ divinæ & mortis æternæ reos non alliciat ad pœnitentiam benignitas DEI tam gratiosè, tam suaviter, tam patienter invitans? *Satanæ* post su-

am à DEO apostasiam hæc est malitia, ut gratiam non desideret, qvæ & ipsi nulla offertur, nec converti velit. B. Dn. D. *Danhauer.* alicubi refert apologum de *Eremita*, qvi sæpe à Diabolo exagitatus ad Deum conversus, *vides*, inqviebat, *ô Domine, quantam quotidie animarum stragem edat nocentissimus hostis? Quid si veniam ei tandem prosperes tot scelerum vel hoc nomine, ut deinceps tot animabus tam pretiosè emptis desistat insidias struere & exitium moliri?* Non difficilem se præbuit Clementissimus *Deus*, *volo* inqvit, *si modò deprecari culpam velit.* Inde *Eremita* bonâ spe plenus, *Diabolo* suadere cœpit multis rationum momentis, patereturse in gratiam cum DEO & pristinam beatitudinem reduci: Qvatuor verbis rem omnem fore transactam his scilicet, *peccavi Domine, miserere mei.* bene habet respondit versutissimus hostis: sed qvid ais? Qva-

Danhauer. T. 1. Theol. Conscient. p. m. 309, 310.

tu-

tuor hæc verba an à me, an ab illo *vis dici? àte*, inqvit *Eremita*. Tum *iſte ardens oculis & ſibila colla arduus àttollens, nunquam ſict*, ait multoq; fœtore poſt ſe relicto diſceſſit horrendum fremens. Hæc apud *Danhauerum* l. c. Qværunt *Scholaſtici* Doctores, qvænam ſit obſtinationis hujus in *Dæmonibus* cauſſa? *Thomas* ſtatuit provenire eam non ex gravitate culpæ, ſed ex liberi arbitrii naturâ, ex qvâ fieri ait, ut eorum voluntas immobiliter adhæreat fini, ad qvem ſemel ſe liberè converterunt, unde boni confirmati ſunt in Bono & Mali in malo: *Scotus* autem eam tribuit negationi auxilii divini, cui opinioni etiam adſtipulatur *Durandus*. Alii aliter ſentiunt. Eſt autem dubio procul ſententia *Thomæ* probabilior, hanc *Diaboli* contumaciam referentis ad liberi arbitrii inflexibilitatem & conditionem ſtatus ejus in termino. Conſuli ex recen-

Thomas part. 1. q. 64. art. 2.

Scotus in ſecund. ſent. diſt. 15. qv. 1.

Durād. eādem diſt. q. 2.

Dn. Bannetz in 1. part. T. qu. 64. art. 2.

tioribus possunt *Dominicus Bannez Consalvus Durantus.* *Diaboli* igitur infensissimo humani generis hosti se assimilant peccatores pœnitentiam contumaciter respuentes: sunt etiam, qvod auditu horrendum est, eo qvodammodo turpiores: Huic enim gratia offertur nulla, est etiaín in termino: cum tamen homo peccator adhuc in via sit, ut ex benignitate DEI sæpius blandè ad pœnitentiam invitetur. Non uno etiam in loco ex Antiqvis *Isidorus Pelusiota* istiusmodi peccatores contumaces & inflexibiles *Diabolos* vocat *humanâ specie velatos.* Ad *Zosimum* improbum hominem ita scribit: *Si nec regnum te incitat & cohortatur, nec gehenna rursum terret, non animadvertimus, nos, cum feram belluam incantamus, cum improbo Dæmone humanâ formâ contecto luctari.* Idem *Esaiam* militem, non admittentem admonitiones ullas, vocat

Consalvus Durantz Episcopus Feretranus lib. 1. Revel Brigitt. c. 34. p. m. 74.

Isidorus Pelusiota l. 1. epist. 14. ad Zosimum p. m 34.

Epist. 167. ad Esaiam p. m. 42. Vid et iam lib. 1. epist. 223. ad

ne-

nequam & improbum Dæmonem. Qvantæ autem & qvam execrandæ improbitatis & ingratitudinis res est, spretâ imagine Dei sanctâ ad qvam à DEO creati, â *Christo* redempti, renovati etiam à *Spiritu* sanctificationis sumus, induere larvam *Diaboli* infernalem, turpem & incorrigibilem? Audiamus qvæ apud *Gregorium Nazianzenum* leguntur de pulchrâ puellâ fistulæ cantu delectari solitâ. Hæc cum calamos inflans se in fonte perspiceret, suiq; vultus deformitatem à fistulæ inflatione provenientem esset intuita è vestigio calamos fugit fistulæq; cantum sive usum perpetuo detestata est. Et qvantæ cæcitatis res est, cum homo peccator & impœnitens imagine Dei deformatâ & deperditâ induit similitudinem Satanæ qvâ nihil turpius, nihil fœdius, nihil horribilius est,

Zosimũ, Eustathium & Maronem p. m. 51. Gregor. Nazianzen.

qvod

qvod tamen ille incorrigibilis permaneat? De *Rege Demetrio Plinius* refert, illum dum opulentam & divitiis omnibus affluentem urbem *Rhoden* frustra premit obsidione, monitum à militibus urbem capi non posse, nisi Templum; in qvo Protoginis inclyti pictoris erat imago, incendio destrueret, illicò obsidionem solvisse: majus namq; arbitrabatur incommodum tam præclaram artificis excellentis statuam comburi, qvam urbe opulentâ & optato victoriæ triumpho privari. Expende, *quæsò*, hoc qvisqvis es *homo peccator* & *impœnitens*, cum ille hominis unius simulachrum tanti fecerit, qvam detestandum sit DEI Sacrosancti imaginem per impœnitentiam fœdâ *Diaboli* larvâ permutare.

CAPUT TRIGES. PRIM.

Monstratur extrema insaniaimpœnitentium, qva se correptos esse produnt, qvod excellentia filiationis DEI deperditâ se ipsos addicant peccatorum & Diaboli servituti. Exlicatur similitudine à Regis filio, qvi cum natus sit ad dignitatem regiam se mancipat carnificis servituti &

ministerio. Majorem ostenditur esse excellentiam in filiatione Dei qvam in origine regia, Pejoremq; etiam turpitudinem in servitute peccati & Diaboli, qvàm in voluntaria servitute carnificis. Id qvod egregiis verbis Chrysostomi, Basilii M. Glassii & Dionysii Carthusiani illustratur.

MEminerint insuper incorrigibili hâc in peccatis perseverantiâ indurati homines peccatores, qvod deperditâ filiationis DEI excellentiâ se ipsos addicant pecca-

peccatorum & *Diaboli* servituti, qvod non potest non judicari extrema insania. *Filium Regis* spretâ, ad qvam natus est, excellentiâ & dignitate, *carnificis* servitutem eligere, fœdisq; ministeriis se mancipare, & revocatum à *Patre* cum benignitate magnâ, nec sic tamen reverti, inauditum est. Majoris excellentiæ, majoris prærogativæ titulus & status est, filium esse DEI, unde &S. *Apostolus & Evangelista Johannes* cum admiratione exclamat: *Videte quam charitatem*, ποταπὴν ἀγάπην *qualem & quantam charitatem nobis dedit Pater nempe ut filij Dei vocemur.* id est sirnus. Hæc ipsa autem filiationis divinæ excellentia per peccatum amittitur: amissâ eâ per peccatum homo fit servus peccati & *Satanæ* captivus, qvâ servitute nulla est abjectior, nulla damnosior. Revocari autem à DEO, post voluntariam addictionem in *Satanæ* servitutem, rursus in pristinam libertatem in filiationis dignitatem uti

Joh. 8. v. 34.

Rom. 6 v. 20.

2. Tim. 2. v. 26

admirandæ & inæstimabilis benignitatis divinæ opus est: Ita etiam nec revocantem DEUM audire, repellere filiationem qvæ per pœnitentiam iterum offertur, postponere eam servituti peccatorum & *satanæ* captivitati, tam abominanda res est, ut vilius, tetrius & abjectius nihil æstimari possit, omne etiam pœnarum temporalium & infernalium mereatur complementum. *Dionysius Carthusianus* inqvit: *ô quanta est vilitas, turpitudo & immunditia iniquorum!* *Cervè nulla mundi cloaca tam turpis & fœtida est coram hominibus, ut anima transgressoris coram oculis creatoris.* *Unde ergo superbis vas putridum, mancipium vitiorum, serve Diaboli, qui infelicissimè servis tam multiplici culpæ mortali?* Hæc *Dionysius Carthusianus.* Beatus Dominus *Glassius* habet ferè his similia: *Si* inqvit, ad *cloacas profundas & alia impura infectaq; loca perpurganda vel ad cadavera fœtida exenteranda necessitate inevitabili cogereris*

cogereris, quàm turpem & atrocem hanc æstimaturus esses servitutem? At parvum hoc est, imò nihil respectu habito ad servitutem in peccato, quâ impliciti tenentur increduli atque impii, dum carnis desideria temerè perficiunt & μιάσμασι inquinamentis q. mundi immundi tenentur immersi. Cogita id, ô homo, & ad libertatem Spiritus per veram pœnitentiam adspira & suspira. Hæc Glassius. Audi etiam paræneſin egregiam Basilii Magni: Imperiale es animal, ô homo, & quid servis asse ctibus? quid tuam ipsius dignitatem destruis & servus fis peccati? Cur te ipsum facis captivum Diaboli? Princeps naturæ electus es & reverentiam & auctoritatem naturæ tuæ abjecisti? Chrysostomus interrogat: Quis adeò miser est & deploratus, ut nolit tantum diligentiæ impendere servituti Christi, quàm servituti peccati, Diaboli q.? Chrysostomo interroganti qvivis etiam Christianus respondebit: Peccator impenitens is est, servus calcandarum voluptatum

Glassius Dominic. VII. post Trinit. inexplicat. Text, epistol. p. m. 1260. Chrysost. serm. 12. in cap. 6. epist. ad Rom. p. m. 122.

tum, quibus à Diabolo ad libitum trahitur captivus. O miseriam! ô fœditatem! ô abominationem! ô turpitudinem!

CAPUT TRIGES. SECUND.

Urgetur porro primum Baptismi factum cum Deo fœdus: Qvo fuit facta abrenunciatio satanæ ejusq; operum. Qvo ordine fuerit olim facta hæc satanæ abrenunciatio ex scriptis veterum docetur. Primò renunciabat catechumenus satanæ, operibus & omni pompæ ejus. Secundò

dò catechumenus in ipsa renunciatione versus orat ad occidentem: qvi facta illa ad occasu fuit conversus ad ortum. Tertiò forma abrenunciationis exprimitur. Qvarto solliciti erant antiqvi, ne memoria hujus renunciationis unqvã ex memoria excideret. Unde & veteres sine repetitione ejus domo non egrediebantur. Hic abrenunciationis satanæ ritus in nostris ecclesiis laudabi-

dabiliter retinetur. Jungendus huic abrenunciationis ritui ritus alter itidem in ecclesia nostra retentus non ex superstitione, sed ex Christiana libertate & pia devotione de crucis nota baptizandis impressa. Qvi explicatur verbis Cypriani, Pamelii & Gerhardi. Gisberti Voetii iniqva hujus ritus antiqvi censura notatur. Adqvæ adhibitus sit olim hic ritus? usus ecclesiæ nostræ circa hūc ritum

ritum hic esse docetur. Primo est ritus in Ecclesia nostra liber, non necessarius. Secundò excluditur omnis operis operati suspicio. Qvam fuisse etiam Orthodoxæ Antiqvitatis mentem ex Gregorio Nazianzeno ostenditur. Tertiò consignatio facta crucis signo in Baptismi actu hunc habet usum, ut notificetur eos, qvi eo signantur, esse milites, Christi. IV. Repetitio signationis hujus extra

actum Baptismi qvem habeat insignem usum docetur. Vitam impuram & impœnitentiam hisce ritibus planè esse contrariam verbis Gregorii Nazianzeni ostenditur.

REvocate, *Omiseri*, lacrymis & luctu digni, revocate, *quæso*, *vobis* in memoriam, primum qvod cum DEO feciſtis in *Baptismo* fœdus. Qvæ tunc fuit veſtra promiſſio, qvod votum? Sivos tenet in præſenti pecatorum curſu ſupina ejus oblivio, me monitore cognoscite & expendite iterum, qvæ ibi eſtis polliciti. Hoc ordine igitur ſcietis vos eſſe in fœdus Gratiæ receptos, ut à vobis *ſatanæ ejusq; operum* facta fuerit abrenunciatio. Antiqva hæc fuit *Eccleſiæ Chri-*

Christianæ consuetudo, ut informationem *Catechumeni* exciperet hæc abrenunciatio, de qvâ videndi *Tertullianus*, *Cyprianus*, *Gregorius Nazianzenus*, *Basilius M. Hieronymus*, *Augustinus* aliiq; Fiebat autem hoc ordine & modo. In abrenunciatione veteres trium habebant rationem. Renunciabat namq; 1. *Catechumenus Satanæ*, tanqvam seductori hominum scelerato & sævissimo Tyramo. Renunciabat 2. operibus satanæ hoc est omnibus peccatorum modis, adinventionibus & generibus. Renunciabat 3. omni pompæ illius id est spectaculis fieri solitis in honorem idolorum ex instinctu *Satanæ* cum magnâ pompâ. Hoc primum est Collocabatur 2. *Catechumenus* primùm ad occidentem, sicq; renunciabatur *Satanæ*, eò qvod describatur etiam in sacris tanqvam *Princeps tenebrarum & noctis*: factâ renunciatione ab occasu fuit conversus ad ortum tanqvam à tenebris ad lucem, 3. forma abrenunciatio-

Tertullian. lib. de Cor. Mil. c. 3. & c. 13. libr. ad Martyr. c. 2. libr. de Idol. c. 6. Cyprianus lib. 1 epist. 6. Gregorius Nazianz. Orat. 32. Basilius M. lib. de Spirit. S. c. 11. Hieron. in c. 6. Amos. August. libr. 2 de Symb. ad Catechum. c. 2 lib. 1. de pec.

cator. merit. & remiss. c. 34.

ciationis hæc fuit: *Abrenuncio tibi Satana, & pompæ tuæ, & cultui tuo & operibus* tuis, *& tibi aggregor Christe.* 4. Solliciti erant *Veteres*, ne memoria hujus solennis in *Baptismo* factæ abrenunciationis è memoria unqvam excideret. *Ambrosius* propterea jam factâ interrogatione & datâ à se ipso responsione ita repetit. *Quando te interrogavit sacerdos: Abrenuncias Diabolo & operibus ejus? Quid respondisti? Abrenuncio. Abrenuncias seculo & voluptatibus ejus? Quid respondisti? Abrenuncio. Memor NB esto sermonis tui & nunquam tibi excidat series cautionis.* Hæc *Ambrosius*. Ipsi etiam *Christiani* antiqvi referente *Chrysostomo* domo non egrediebantur, nisi factâ ejus repetitione. *Sicut enim*, uti habet admonitio *Chrysostomi, absq; calceis aut vestibus nemo vestrum in forum prodire velit* ita *nunquam etiam absq; hoc verbo te foro misceas, sed ubi vestibulum ædium transire velis, verbum hoc prius dic: Renuncio tibi Satana, nec unquam*

Ambros. lib. 1. de Sacram. c. 2.

quam absq; hâc voce prodeas. Hæc Chrysostomus. Conferri cum Veteribus possunt scriptores recentiores Joannes Carthagena, Seldenus & Caspar Suicerus. Hanc abrenunciationis formulam Ecclesiæ nostræ laudabili retinuerunt ritu: qvâ qvoq; ex simplici devotione memor pacti, & admonitionum à Patribus datarum qvoties ædibus egredior repeto, addito voto ut Deus Spiritus sui Gratiâ me in hâc voluntate confirmet, & hoc est, qvod dilectis meis auditoribus, ex desiderio salutis eorum ut facerent, sæpius publicè ex Cathedrâ Ecclesiastică auctor & suasor fui. Huic ritui jungendus ritus alter antiqvorum in Ecclesiis nostris itidem non ex superstitione, sed libertate Chrstianâ & piâ devotione retentus, cum usum suum non contemnendum habeat, ut mox dicemus, de crucis notâ Baptizandis impressâ. Facit hujus ritus mentionem Cyprianus, sub titulo signi Dei. Muniatur, inqvit, frons, ut signum

Joannes Carthagen. in homilia Catholicis in universa religione Christianæ arcan. l. 15. homil. 15. p. m. 12. 37.

Selden. synt. 2 de dis c. 8. p. m. 326

Casp. Suicer. in libr. singulari sacrarum observationum c. 3. p. m. 76. 77. 78.

signum Dei incolume servetur. Ad qvæ verba *Jacobus Pamelius* seqventia annotat: *Alludit haud dubiè, ait, ad signum crucis, quod in Baptismo frontibus infigitur, præsertim cum alicubi dicat: Signaculo Dominico consummari qui in Ecclesia baptizantur. Ejusdem ritus meminit etiam Basilius* libro de Spiritu Sancto & *Tertullianus lib. de resurrectione carnis. Chrysostomus libro contra Gyentiles. Cyrillus Hierosolym. Catech. 5. 4. & Hieronymus in epistolâ ad Heliodorum. Quod cur in fronte fiat, quæ sedes est verecundiæ, ex Augustino rationem reddit Micrologus noster cap. 9. ut eliminatâ unicâ verecundiâ non erubescamus Evangelium Christi.* Hæc *Pamelius* l. c. Confer B. nostrum *Gerhardum.* Qvanqvam autem ex *Calvinianis Voëtius* hunc ritum in administratione *Baptismi* accuset ut idololatricum, eum tamen in *Ecclesiis* nostris retinemus non solum in *Baptismi* administratione sed etiam extra eam, qvando de lecto

Cypr. l. 1. Tom. Op. Ep. 56 ad Thyta rittnos p. m. 127 Jacobus Pamelius in Cyprian. p. m. 129, 130.

Gerh. T. 4. lib. de Bapt. §. 261. Voët. disp. selectar. T. 3. p. m. 266. 267

cto surgimus, vel etiam eum dormitari ingredimur, qvando domo egredimur, qvando in *Ecclesiis* concio dimittitur, imo etiam in aliis actionibus, cum usum suum habeat, & antiqvitatis Orthodoxæ canitia venerandus sit hic ritus: non improbantes hoc *Tertulliani*: *Ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra ad mensas, ad lumina, ad cubilia & sedilia, quæcunq; nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.* *Chrysostomi* etiam verba sunt: *Si fidelis es, signa te. Dic: Hæc armahabeo sola, hoc medicamentum, aliud autem nescio,* Apud *Theodoretum* in persecutione *Orthodoxorum* factâ sub *Valente à Palladio*, ille qvi à *Damaso Episcopo Romano* ad confessores & *Martyres* post carcerem, ictusq; flagrorum missus in metalla communitatis ac consolationis attulerat literas *Diaconus*, post varia, qvæ sustinuit, tormenta navem etiam ad mandatum Tyranni conscendit neglectus omnisq; curæ expers,

Tertulliau. lib. decorm. Milit.

Chrys. homil. 8 in cap. 3 epiß. ad Goloss.

Theodoret. lib. 4. Hist. set. Ecclesiast. c. 22. p. m. 943.

pers, cum prius *signum divinæ crucis* fronti afformasset uti apud *Theodoretum* legi ptest. Ad qvod autem in administratione Baptismi & in aliis occupati antiqvi Christiani actionibus, hoc signum impresserint, & qvæ caussa sit, ut ritum hunc ab aliis odioso superstitionis & idololatriæ nomine imperitè ne dicam malitiosè traductum Ecclesiæ nostræ retinuerint, ne nescias, dicam paucis & scopo meo applicabo Ritum 1. sciendum est nõ esse necessarium, sed liberum, adeoq; ex *Ecclesiastica* libertate à nostris retentum, ad cujus usum nemo cogitur. 2. excludendam esse omnem operis operati suspicionem. Nimirum fides & fidelis precatio commêndat DEO personam, qvæ hoc signo in fide *Christi* crucifixi utitur, & precibus ad *Christum* fusis, opem & auxilium exspectat à DEO, minimè autem ex efficacia signi. Apud *Gregorium Nazianzenum* calliditate impii *Apostatæ Juliani* ad thus adolendum qvod

Gregor. Nazianz. Orat. 3. 9. prima e in Julian p. m. 32. Conferatur E. lias Cretensis in annot p. m. 195.

in

in simplicitate fecerant, nescientes hoc idem esse ac *Christum* abnegare, seducti *Christiani* & pii milites in convivio ad aqvæ poculum sublatis in altum oculis *Christum* cum crucis signo dicuntur invocasse: unde apparet ritum hunc à Christianis fuisse conjunctum cum invocatione *Christi*, adeoqve fiduciam non in signum sed in *Christum* fuisse directam, & ab eo qvoqve exspectatum, minime autem à crucis signo, auxilium. Intellexit hoc ipse *Julianus*. Hic enim postqvam Imperii hæreditatem adire cœperat, impietatem palam libereq; est professus; Factum autem fuit ut in specu qvodam inaccesso *Dæmones subterraneos* ob res futuras consulturus, audiverit sonos insuetos, viderit etiam ignea spectra, tetrosq; odores perceperit: Perculsus ex rei novitate terroribus hisce ad crucem vitæq; remediũ confugit, hacq; se adversus terrores consignat *eumq; NB. quem persequebatur epitulatorem arcessit.*

Gregor. Nazianz. Orat. 1. in Julian. p m. 26. 27.

Quo facto cedunt Dæmones, pelluntur timores. Vid. hæc aliaq; prolixius exposita à *Gregorio Nazianzeno.* Igitur defficiente fide meriti & crucis *Christi*, nec non invocatione *Christi*, in qvo solo collocanda est *Christianorum* fiducia, qvid proderunt mille cruces? Omnino nihil. 3. Usus crucis in administratione Baptismi hic est, ut hoc signo notum fiat, esse eo consignatos milites & servos *Christi*, sub cujus vexillo velint & debeant imposterum adversus *Diabolum* ejusq; opera militare. Tirones namq; olim signabantur manibus & brachiis exarato vel impresso imperatoris nomine: sic qvoqve baptizandis in ipsâ fronte crucis signum imprimitur, tanqvam sub vexillo *Christi crucifixi* adversus *Diabolum* omnemq; impietatem adituris militiam spiritualem, in qvem sensum *Erasmus* in loco qvodam ait:

Erasmus in epist. 1. Hieronym. ad Heliodor. T. 1. Oper. epist. p. m. 5.

Signabantur olim milites punctis, sic quoque nota crucis imprimitur baptizandis futuris mox per Baptis-

mum

mum militibus Christi. Eò crucis in fronte fidelium initiandorum signum spectasse probat etiam *Josephus Nerius JCTUS* ex *Baronio* ad ann: Christi 293. addens qvod hoc *crucis* signum materiâ aliqvâ insculptum etiam retinuerint. Fit qvoqve 4. post *Baptismum* à *Christianis* hujus signationis repetitio in memoriam crucis & passionis *Christi*, pro qvâ *Deo* gratias agunt, & confitentur cum Apostolo in *Christo* ejusq; cruce & passione esse *omnes Dei promissiones ita & Amen*, adeoq; unicum & solidum fidei & spei contra qvascunq; calamitates *Christianorum* fundamentum, memores etiam impressi in initiatione suâ divini signaculi confirmant se in laudabili hoc proposito: se ejurato omni *Satanæ* & *crucis Christi hostium* commercio sub *crucifixi Christi* vexillo militaturos constanter adversus *Satanam & mundum* omnemq; impietatem: Qvi crucis usus pietatis & devotionis multum habet. Qvidnam autem

Joseph. Nerius JCTUS.

2. Cor. 1. v. 20.

in eo sit superstitionis & idololatriæ fateor me non videre. Qvàm autem contraria prorsus est huic cum DEO summo & Tremendo facto fœderi, huic promissioni, vita peccatorum & impœnitentium, qvi deserto vexillo *Christi* manciparunt sese iterum in turpem, cui renunciaverunt, *Diaboli* militiam servientes ejus operibus & fœdissimis inqvinamentis, *Christum* autem ejusq; crucem pedibus impiis conculcantes; Audiamus *Gregorium Nazianzenum*, Nam, inqvit ille, ut *compendio dicam, nihil aliud esse vim & facultatem baptismi existimare debemus, quàm secundæ vitæ ac piæ vivendi rationis pactum cum Deo initum. Ac proinde vel maximo in metu omnes esse atque omni custodia nostras animas servare debemus, ne hoc pactum violasse comperiamur. Nam cum ad mutua hominum pacta Deus medius adhiberi soleat, quantum quæso periculum est ne fœdera cum Deo ipso contracta perfregisse comperiamur, ac præter alia*

Gregor. Nazianz. Orat. 40. quæ est in Sanct. baptisma p. m. 242.

pecca-

peccata ipsius quoque mendacii apud veritatis tribunal rei peragamur. Hæc ille.

CAPUT TRIGES. TERT.

Proponitur consideratio pabuli, qvod dæmõ servis suis præbet in hoc peccatorum ministerio. Pascuntur ex Luc. 15. v. 16. siliqvis nec tamen ad saturitatem. Siliqvæ qvid sint? & qvid velint? sunt leguminum foliculi: notant in spirituali & mystico parabolæ sensu peccata. In peccatis sunt peccatores miseri

in

insaturabiles: cum ruant de peccatis in peccata: cum peccata etiam subinde majus habeant incrementū: cum impii qvandoq; peccatū peccato, crimen crimine mediçentur, qvi videntur imperitis agere pœnitentiam, cùm nihil minus agant & testentur tantum ita de sua in peccatorū filiqvis insatiabilitate. Qvæ insatiabilitas in peccatis scripturæ etiam & Hieronymi probatur verbis. In

IN hâc autem servitute, *quod & prudenter porro expendatis*, qvo cibo vos pascit *Dæmon*, qvâ cum sa. tietate? debetur servis pabulum, militibus stipendium vel obsonium. Vos, *ô miseri* & occœcati peccatores, *Dæmon* pascit siliqvis. *Filius* nam q; prodigus postqvam paterna abligurierat bona, & se in indigentiâ summâ addixerat in servitutem cujusdam viri, à qvo missus est in agros ad pascendum porcos, desiderabat etiam siliqvis implere ventrem suum, qvas edebant porci & nemo dabat ei. Ad qvæ verba *Petrus Chrysologus* inqvit: *Quàm crudele ministerium, neque convivit porcis, qui vivit porcus. Miser qui porcorum deficit & esurit in saginam. Miser qui squalentis cibi cupit nec impetrat qualitatem.* Hæc ille. Qvid autem sunt siliqvæ porcorum cibus? *Consalvus Durantus* vult esse siliqvas leguminum folliculos sive integumentum leguminum, *iis autem non porcos tantum, sed & pecora vesci tradit Plinius.* Qvò re-

Petrus Chrysol. sermon. 1. de duobus filiis prodigo & frugi. f. m. 1. b. Consalvus Durantus Episcopus Ferrettranus ad lib. 4. Revel. Brigitt. c. 1. p. m. 306.

respexisse etiam videtur, *Ambrosius* inqviens in h. l. *Quis aptior hujusmodi hominibus cibus, quàm is, qui siliquæ modo intus inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, ut sit magis oneri quàm usui.* Hæc *Ambros.* per siliqvas autem in spirituali & mystico Parabolæ sensu cum *Theophylacto* non incommodè intelliguntur peccata ipsa, qvibus peccator non satiatur, sed qvò magis peccat, eò magis satiari cupit. *Mensa Patris (cœlestis)* ait iterum loco allegato *Chrysologus, nos alit virtutis cibo, salutis epulo, deliciis honestatis & gloriæ.* Mensa proinde *Dæmonis* è contrario peccatores alit cibo peccatorum inæstimabili. Audiamus iterum *Petrum Chrysologum. Quod*, inqvit, *Diabolus mercenarios suos mittat ad porcos, facit hoc in satiata crudelitas, quæ contenta non est, homines criminosos fieri, nisi eos vitiorum duces, criminum faciat magistros. Cum eos tales fecerit, non sinit eos ex ipso porcorum cibo pastuq; satura-*

Plinius lib. 18. c. 12. T. 5. lib. 7.

Ambros. in Luc. p. m. 123. Theophylact. in Lucam.

Petrus Chrysolog. serm. 2. de duobus filiis f m. 2. b.

saturari: ut esurientes vitia plus delinquant: luxuriosos satietas capere non potest: voluptas nescit impleri. Hæc ille, Margaritam pretiosam ubi qvis perdidit, invenit eam iterum in loco qvo amisit. Non sic ovis perdita, qvæ à gregis consortio & pastoris curâ immittens se in saltuosa nemora, in altos & asperos montes, qvô magis progreditur eò magis errat: Peccator etiã à grege & pastore *Christo* in avia voluptatum nemora à *Dæmone* abreptus, è peccatis ruit in peccata, nec ullum relictus sibi facit peccandi finem, donec præcipitio horrendo detrudatur in profundissimam & ineluctabilem gehennæ voraginem. In deserto ubi omnia patent omnibus, etiam furibus & latronibus, se suaq; eorum direptioni exponit, qvi ab hominum societate & contubernio remotus illud solus & nullâ suffultus ope ingreditur. Jacentes & lapsi facilè à qvovis vincuntur hoste, illi cumprimis qvi lapsum suum non curantes, nul-

lum qvoq; resistendi capiunt consilium. In eo statu sunt peccatores. In deserto versantur, excusso præsidio & custodia divinâ sibi solis relictis. Insidias nemo est qvi prohibeat. Patent omnes animæ aditus vitiis invadentibus, à qvibus victi & prostrati conculcantur. Non stant sed jacent segnes & desides, salutis suæ curam nullam habent, & qvi fiet, ut resistendi *Diabolo* invadenti capiant & capere possint consilium? Nullius sic sunt criminis victores, sed omnibus à qvibus tentantur succumbunt, statim ac aggreditur eos *Dæmon*. Sunt hæc similia petita è *Chrysostomo*, qvi in epistolâ ad *Theodorum* lapsum legi potest. Vitam proinde peccatoris impœnitentis omnibus vitiis sciveris esse plenam impietatis, odii, inimicitiæ, superbiæ, libidinis, scortationis, adulterii, injustitiæ, detractionum, calumniarum &c. licet uni præprimis certo tempore sit deditus & reliqva in actiones & opera externa

Chrysost T. 4. Epist. 5. ad Theodor lapsum p. m. 979. & 982.

terna simul vice unâ non prodeant. Habent etiam peccata apud peccatores sua incrementa, cum impudicum aspectum, oculos lascivos & plenos adulterii sequatur studium illicitè abutendi objecto quo oculi fascinati sunt. Impetrato desiderio frustra es si putas illud impleri quod insatiabile est. Integros, simodò præsto est habendi licentia, alliciunt, & alunt scortorum greges, quod hodiè delectat, cras fastidiunt, & rursus videas fastiditi amoris ambire amplexum. In illud etiam, à quo natura abhorret & abstrahit non saturati abusu sexus, cujus usum legitimum *Deus & natura* concessit, rationis expertes & bestiis ipsis deteriores crimen ruunt, quo in se ipsos viq; horrendis sui sexus desideriis ardent nec sic tamen satiantur mutantes objecta objectis, magis ac illi solent, quos vexat pruritus subindè mutare quadrata rotundis. Similis ratio est reliquorum vitiorum & criminum, in quibus non subsistunt

Rom. 1. *v.* 26. 27.

ſtunt impii ibi ubi inceperunt. Peccatum etiam qvandoq; peccato, crimen crimine medicantur. Satietatem qvam in uno crimine non inveniunt, in aliis qværunt. Sic ſuperſtitio pellitur ſacrilegio, Tyrannis ſeditione, ebrietas, & libido injuſtitiâ & violentiâ aliis ſua ſurripiendi planè ut in vulgari vitâ videmus *pelli clavum clavo*. Videri hoc de peccatorum medicamine ex Antiqvis poſſunt *Hieronymus*, *Gregorius M.* Ex recentioribus *Rivetus* & *Sanderſonus*, qvorum *Hic*, qvia ſcientiæ conſulit, oſtendens id eſſe illicitum, præprimis legi meretur. Impii ac impœnitentes hoc medicamen adhibentes videntur; interdum ſimplicioribus pertæſi peccatorum meditari pœnitentiam, cùm nihil minus agant, ſitq; ipſa de qva agimus in ſiliqvis peccatorum inſatiabilitas. Scripturæ ſi deſideras verba, audi ebrioſos eorumq; mutuam ad compotandum invitationem, qvam placet ſignificantiſſimis adſcribere B. noſtri

Hieronym. T. 1. Op. Epiſt. Ep. 4. ad Ruſticum Monachum Gallum p. m. 47 Gregorius M. l. 15. expoſit. Moral. in Job. c. 16. p. m. 509. Rivet. T. 3. Op. in

ſtri *Lutheri*, in verſione Bibliorum germanicâ verbis: Komt her/ laſſet uns Wein holen / und voll ſauffen / und ſoll Morgen ſeyn wie heut und NB. noch viel mehr. *Paulus* ait, trahi impios pecoris ligati inſtar à *Dæmone ad propriam voluntatem & libidinem.* Apud *Oſeam* legitur. *Comedent & non ſaturabuntur. Hieronymus* ad hæc verba ſeqventia annotat, qvæ obſervari merentur: *Voluptas inſatiabilis eſt & quantò magis cupitur, tantò plus ulcentibus ſe famem creat. E contrario beati eſurientes & ſitientes juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur ſicut juſtitia ſatiat. Sic iniquitas ſubſtantiam non habens vanâ comedentes fraude deludit, & utres vorantium vacuos relinquit.* Hæc *Hieronym.* Conferri meretur *Gerſon* Cancellarius Academiæ Pariſienſis.

Jeſuita Vapulante cap. 10. p.m. 332. Sanderſon. in Tractat. de conſcient. p.m. 87. ſeq. Eſ. 56. v. 12. 2. Tim. 2, v. 26. Gerſon. part. 2. Op. in ſermon. quodam de Donis. Evang. facto ad Eccleſiaſticos in cœna Domini ad Eccleſiaſticorum cautelam conſideratione prima lit. b.

CAPUT TRIGES. QVART.

Homo peccator & impœni-

pœnitens se reddit per peccata inqve eis contumacem perseverantiam bestiis similem. Imo & aliqvo modo deteriorem. Hæc ἐνέργεια ab ipso Spiritu S. in scriptura describitur. Occasione hac inqviritur in verborum Pauli sensum, 1. Cor. 15. v. 32. Si secundum hominē adversus bestias pugnavi Ephesi, qvæ mihi utilitas? Qvæ verba multi ex veteribus & recentioribus accipiunt propriè & histo-

historicè de pugna Pauli Apostoli cum bestiis, qvam & Nicerorus Callistus circumstantialiter magna cum audacia recenset, qvi tamen ex ipsis verbis deprehenditur fabulosissimus, qvod & beati nostri Chemnitii nec non Gerhardi item Isaaci, Casauboni & Johannis Forbesii à Corse de Nicephoro fuit judiciū. Probatur autem eorū sententia, qvi statuunt notari homines similibus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0347
DFG

bus bestiarum moribus præditos. Qvæ sententia etiam fuisse, probatur Ignatii, Tertulliani, Oecumenii, & Theophylacti. Confirmatur etiam phrasi eadem ab Apostolo alibi in eodem sensu adhibita: additur consensus Maresii & Heinsii scriptorum Calvinianorũ. Hæc θηριανθρωπία etiam verbis patrum, ostenditur. Monstratur porro propter peccata homines impios & impœnitentes non

non esse tantum bestiis similes, sed & bestiis deteriores. Notantur specialiter illi qvi sumptis cibis epicureum in modum Dei creatoris sui non meminerunt: item illi, qvi nullã pauperum habentes curam in splendido eqvorum & ædium ornatu multi sunt: item illi qvi laudatorem suum calumniantur. | Additur paræsis ad peccatores confirmata verbis Basilii Magni.

ANnon autem sepositâ jam miseriâ, qvæ est in eo, comedere & non satiari, *homo peccator* hoc tantum juxta rationis ductum expendens animadvertit, se in hâc suâ inemendabilitate bestiis ipsis, in qvas ex primâ creatione habet dominium, esse similem, imò etiam deteriorem? *Porci* edunt & saturantur. *Homo* à *Diabolo* ad peccata seductus inqve eis incorrigibilis perseverans, edit siliqvas peccatorum, nec famem adsaturitatem usqve sedare potest. Vitia ἄγεα immania & inusitata, & inclinatio vel proclivitas ad ea vocatur πάθη θηριώδεις, qvemadmodum contrà magnæ virtutes, & exempla communia supergressæ θεῖα appellantur, qvod & in *Nicomachicis* est observatum ab *Aristotele*. Unde & à *Plutarcho* in Antlide hæc opponuntur. Τὸν δὲ δυνάμει, καὶ τύχῃ καὶ ἀρχῇ βίον ἢ μὲν δικαιοσύνη ποιεῖ θεῖον ἢ δ' εὐδαίμονα θηριώδη. Sapientissimus etiã *Scriptor Polybius* lib. II. ait, *non solùm corporis ulcera, nisi medicæ manus ei-*

τὸ admoveantur, exacerbari καὶ ἀπηγριῶσθαι: sed & ipsos animi morbos, ita ut homines naturam humanam prorsus exuant, & in feras ac belluas migrent, qvæ est animadversio Desiderii Heraldi, ad verba *Arnobii*, qvibus *Xerxen*, qvi mare terris immittebat & gressibus maria transibat, vocat *immanem illum Xerxen*, qvo nomine ait *Heraldus*, significari ab *Arnobio* in *Xerxe* vecordiam & vesaniam plusqvam humanam, πάθος θηριῶδες. Qvalis vesania fuit, ut ex *Herodoto* observatur, etiam in *Pherone Ægyptiorum* Rege, qvi ἀταξαλίᾳ χρησάμενος jaculum in *Nilum* arva inundantem torqvere ausus, idcirco luminibus captus est. Hanc θηριώδη ἀγριότητα ipsa *scriptura* in aliqvot locis tangit & describit: *Hostes* namq; *Christi* in *Psalmo* ob nocendi studium appellantur *juvenci*, item ob convitiandi libidinem *canes*. *Hostes Ecclesiæ apri*. Improbus *Regens* & violentus in *proverbiis* vocatur *leo rugiens*. *Pharisæi* apud *Matthæum* ob

Arnob. lib. 1. adv. Gentes p. m. 6. Desiderius Heraldus in Anim. adv. ad h. l, p. m. 13. 14.

Herodotus Mansa 11.

Ps. 22. v. 13, 17. Ps. 89. Prov 19 v. 12. c. 20. v 2.

malitiam, *viperarum progenies*, item *serpentes*, *Herodes* etiam apud *Lucam* ob astutiam *vulpes*. *Adversarii Pauli* ob ferociam in priori ad *Corinthios* Epistolâ *Bestiæ*: *Si secundum hominem* inqvit, *adversus bestias pugnavi Ephesi*, *quæ mihi utilitas?* Non sum nescius, esse è *Veteribus* & *recentioribus* qvosdam non contemnendæ auctoritatis viros, qvi id accipiunt literaliter & historicè, ut scilicet *Paulus* intelligatur, cum ipsis feris *bestiis* in scenam productus, ut vel ipsas per ludũ superaret agilitate, prudentiâ, vel etiam illis in prædam fieret, fuerit autem divino liberatus præsidio, qvam sententiam tenent, ex antiqvis *Ambrosius*, & *Theodoretus*, ex *scriptoribus Papatus Salmero*, ex *Calvinianis Musculus*, *Pareus*, *Piscator*: in qvam sententiam videtur qvoqve propensior aliqvantulum *Gerhardus Joh. Vossius*, nec non *Jacobus Laurentius*, qvamvis hi duo non apertè suam proferunt sententiam; *Nicephorus* etiam additis cir-

Matth. 3 v. 7. 12. 33.
Matth. 23. v. 33.
Luc. 12. v. 32.
Luc. 15. v. 32.
1. Cor. 15. v. 32.

Vossius in thes. Theol. & Histor. disp. 12. de resurrect. carnis p. m. 181.

circumstantiis, (ut eò majorem mereatur fidem, cum tamen prudens lector fabulosum ex verbis statim possit agnoscere auctorem) rem ita refert: *Paulum Ephesi* multa cum libertate esse conciona-tum, fuisse autem ibi qvoqve *Hieronymum* qvendam, qvi illum benè qvidem & disertè dicere, sed orationem ejus non esse eorum temporum testatus est: factum proinde, ut à plebe per insolentiam & furorem compedibus injectis, carceri includeretur cum proposito certo eum devorandum objiciendi leonibus, ex qvo cum *Paulus* ad instantiam *Eubulæ* & *Artemillæ* conjugum clarorum Ephesi virorum, noctu ad eum venientium, fidemq; Christi edoctarum & divini lavacri gratiam ab eo petentium, virtute divina atqve Angelici satellitii ministerio esset liberatus, postqvam illas divino Baptismo ad littus maris initiaverat, nemine omnium, qvibus custodiæ cura erat demandata, illorum con-

Jacobus Laurentius in Paulo δυσνοήτῳ loco 21. p. m. 341.

scio ad vincula rursus sua, in qvibus leonibus esca asservabatur, rediit. Ad scenam ipsam ubi perventum est, ingenti magnitudine & robore intolerando *Leo* contra ipsum immissus, in arenam qvidem ille procurrit, sed mox ad pedes *Pauli* consedit. Et cum itidem aliæ immanes feræ immitterentur, ne tangere qvidem ulla sacrum corpus adorationem erectum atqve compositum sustinuit. His ita actis derepente fragore multo vehemens qvædam supra naturæ ordinem grando decidens, multorum simul & virorum & ferarum animalium comminuit, capita, ipsiusq; etiam *Hieronymi* aurem amputat: qvi deinde cum suis per *Paulum Deo* reconciliatus, salutiferum suscipit lavacrum. *Leo* autem ille profugus in montes proximos evadit, & *Paulus* inde in *Macedoniam* & *Græciam* transmittit &c. Hæc *Nicephorus*, qvæ qvi rectè expendit, facilè mecum in magni *Casauboni* de hoc auctore ibit sen-

Nicephorus Callisti lib. 2.

sententiam, qvod sit *vanissimus, futilissimus, fabulosissimus* nec συγγραφεὺς h. l. e. *historicus* sed μύθων καὶ λήρων ῥαψῳδὸς h. est *fabularum & nugarum compilator*, cum qvo confer beatum nostrum *Gerhardum* ex *Chemnitio* monentem, miscere *Nicephorum* in *rebus seriis fabulosa*, nec non *Joh. Forbesium à Corse*, multosq; alios. Qvis dubitet autem esse hæc ex Apocryphis & fabulosis nullamq; fidem merentibus scriptis hausta, non refragante etiam sed annuente verbis ipso *Baronio*, cum *Martyres* non soliti sint armati congredi cum bestiis, ut alii sontes, sed tantum laniandi iis objici. Probat hanc rationem, qvæ & ipsius *Calvini* contra *Erasmum* fuit, Beza: cui adde, qvod ipse *Paulus*, in loco, qvo longum texit Catalogum afflictionum suarum, nullam hujus pugnæ faciat mentionem; *Lucas* etiam in *Actis* diligentissimè referens *Pauli* in *Ecclesiâ Ephesinâ* commorationem, ne verbulo hanc rem tangat, non

Hist. Ecclesiast. cap. 25. p m. 116. 117. Casaubon. bon. exercitat. 1 ad Annal Baronii. p. m. 69. Gerh. T. 6. L. L. de Ministr. Ecclesiast. §. 85. Joh. Forbes. à corse instr. Hist. Theol. l. 7. c. 8. p m. 342 Baronius ad annum Christi 55 n. 5.

2. Cor. 11. Act. 19.

prætermissurus rem insignem & memorabilem, si reverâ ita prout à *Nicephoro* narratur, esset acta. Fateor proinde, me hisce adductum rationibus totum ire in sententiam eorum, qvi θηριανθρωπίαν hic intelligunt, & interpretantur metaphoricè de hominibus similes bestiarum mores habentibus; in qvâ sententiâ est antiqvissimus *Patrum* Ignatius, *bestias* istas ἀνθρωπομόρφους vocans, eò qvod humanam tantum referrent formam, cum modus & vivendi instituta essent belluina: *A Syria*, inqvit, *Romam usque cum bestiis pugnari, non earum, quæ ratione carent, sed quæ formam habent hominis, morsibus petitus.* Probat eandem *Tertullianus* inqviens: *Depugnavit ad bestias, illas scilicet bestias Asiaticæ pressuræ, de quibus in secundâ ad eosdem.* *Hieronymus* etiam assensum præbet. *Bestiæ* ait, *appellantur, mores habentes similes bestiarum, contra quas pugnasse Ephesi dicit Paulus.* Oecumenii verba sunt: *cum bestiis pugna-*

Ignatii epist. 4. ad Tarsenses

Tertullian. in libr. de Resur. carnis

Hieronym. in c. 5. Jobi

pugnare vocat certamen, quod cum Judæis & Demetrio argentario ei fuit. Ecquid hi à bestiis differebant? Similiter Theoph. Pugnam cum bestiis vocat illud, cum Judæis & Demetrio argentario certamen. Ecquid hi à bestiis differebant? Est præterea hic modus loqvendi Paulo in aliis locis valde usitatus. Qvi in Actis Hæreticos ac pseudo-Doctores vocat graves lupos non parcentes gregi, Neronem, eò qvod Christianorum cruore satiari neqviret, Leonem: videatur Maresius, Cretenses ex Epimenide κακὰ θηρία. Unde & ex Calvinianis Heinsius ait: Quæ sint θηρία, non magis dubito, quàm bestiarium nunquam fuisse Apostolum credere audeo. Qui aliter sentiunt non meminerunt, quare Cretenses etiam ab Apostolo κακὰ θηρία dicantur. Quare B. Hieronymum audire hic malo, quàm Erasmum, qui ad Job 5. Bestiæ appellantur, mores habentes similes bestiarum: contra quas pugnasse se Ephesi dicit Apostolus. Hæc Heinsius. In scriptis

Act. 20. v. 29. Maresius in dissert. de Anti-Christo p. m. 49 2 Tim. 4. v. 17.

Heinsius in exercit. sacris in h. l. p. m.

ptis qvoqve antiqvorum *Patrum* obſervavi ſæpius homines pravos, & incorrigibiles appellari *beſtias*. Audiamus unum vel alterum. *Baſilius* ait: *Immutamur circa iras, ferinũ quendam ſtatum aſſumentes: immutamur circa cupiditates brutis ſimiles evadentes per voluptariam vitam. Equi in fœminas furentes fiunt, qui amorum proximi amore inſaniunt. Et doloſus quidem vulpeculæ aſſimilatur velut Herodes. Impudicus verò canis appellatur velut Nabal Carmelius.* Hæc *Baſilius*. *Hieronymi* verba ſunt: *Absque notitia creatoris ſui omnis homo pecus eſt.* Jungimus hæc *Petri Bleſenſis*: *Doloſus* ait, *vulpem, avem inſtabilis, luxurioſus ſuem, iracundus urſum, ſuperbus equum, ſed ſtolidus aſinum vivit, & quod deteſtabilius eſt in corpore erecto animæ ſimilitudinem tenet: In animâ vero curvatâ Dei ſimilitudinem beſtiali mutavit ſimilitudine.* Hæc ille. Imò non ſolùm in homine pravo & incorrigibili hæc θηριανθρωπία notanda eſt, cum

Baſilius Mconcion. in Pſ. 44. p.m. 113 conſer. eundem in Pſ 48 p.m. 128 Hieronym. T. 1 Op. Epiſt. ep. 3. ad Heliodor. p. m. 22.

&

& per peccata infra bestias se demittens homo ipsis bestiis fiat deterior & turpior. Tales sunt, qvi sumptis cibis *Epicureum* in modum *Dei creatoris* sui non meminerunt. Audiamus *Athanasium*: *sunt*, inqvit, *plurimi ex grege mundanorum, qui ut animantes, & ut bruta animalia pabulum capiunt qui, mane surgentes, quærunt, quem defraudent, quem opprimant, ut fœdum aqualiculum impleant. Isti glorificare in mensâ non norunt. Isti deteriores sunt belluis & jumentis: jumenta enim & belluæ agnoscunt creatorem suum eumq; benedicunt: Homines contrà Dei digitis formati, ejusq; imaginem referentes, non noverunt creatorem suum.* Hæc ille l. c. Tales qvoq; sunt, qvi pauperibus spretis multi sunt in eqvorum & ædium splendido ornatu. Loqvatur *Chrysostomus*. *Nunc vero*, inqvit, *brutis ipsis non habemus melius, sed* NB. *multò etiam pejus. Illa siquidem cognata diligunt & naturæ communione ad mutuam dilectionem permoven-*

Petrus Blesensis serm. 47. ad sacerdotes & prælatos p. m. 462.

Athanas. in libr. de Virginit. p. m. 662.

Chrysost. serm. XI in Epist. ad Roman. p. m. 120.

ventur. *Tu verò licet cum natura innumeras acceperis occasiones, quæ te ad domestica membra conjungunt & adstringunt, utpote quod à Deo pariter cum illis honoratus es, quod in pietatis religione participes, quod innumeris bonis simul communicas; brutis tamen NB. sævior factus, multam diligentiam rebus inutilibus impendis: templa verò Dei & fame & nuditate pereuntia despicis, imo sæpe numero mille malis affligis.* Dignus est locus integer qvi legatur, potissimum ab illis, qvi prodigi in res nihil & turpes, parsimoniæ non meminerunt, nisi qvando *in gloriam Dei* & pauperum refectionem aliqvid impendendum est. Tales qvoqve sunt, qvi laudati ab altero eum calumniantur; videndus iterum *est Chrysostomus. O si* ad te redires aliqvando, *homo peccator & impœnitens* comparando cum abjectissimâ illâ, in qvam te ipsum propter peccata abjicis vilitatem, omni creatura viliorem, inæstimabilem illam dignitatem in qva omni-

Chrysost. in morali exhortat. quæ sequitur sermon. XII. in Epist. ad Roman. p. m. 136.

mnibus creaturis ex creatione ad imaginem *Dei*, ex redemptione factâ pretioso Christi sanguine, ex sanctificatione, ex glorificatione futurâ, prælatus es nec dubitarem ego qvin horror immutationis stupendæ etiam *tibi* persuasurus sit aliam mentem? Multa in hanc rem partim ex *scriptura*, partim ex *patribus & Philosophorum* scriptis accumulari poterant, sed id facere supersedeo, cum opus meâ opinione sub manibus crescat longius. Audiamus adhuc unicum *Basilii* monitum: *si non*, inqvit, *primæ tuæ creationis memor es, ex soluto saltem pro te pretio aliquam dignitatis notionem cape: respice ad pretium, quo commutatus es, tuam nosce dignitatem, ut ne brutis pecoribus assimileris.* Hæc *Basilius*. *Basilius M. in Ps. 48 p.m. 128.*

CAPUT TRIGES. QVINT.

Fœda & Abominabilis Peccatorum proponi-

tur

tur turpitudo & indignitas: qvæ talis & tanta esse dicitur, ut nec cogitando multò minus verbis plenè exprimi qveat. Ostenditur ea & illegalitate peccati 1 Joh. 3. v. 4. Item ex eo, qvod & Sanctitas & Justitia hominis regeniti inchoata comparetur Pannomenstruato, Es. 64. v. 9. ad qvē locum varia de immunditie & impuritate abominabili menstruatarum ex scriptura & antiqvitate notan-

tantur: item ex eo, qvod ſcriptura peccatores comparet canibus & porcis immundis, canibus revertentibus ad vomitum, porcis volutantibus ſe in cœno & in ſtercore Matth. 7. v. 6. 2 Petr. 2. v. 22. Prov. 26. v. 10. item exeo, qvod in ſcriptura comparentur veteri homini, & corpori vetuſto. Item ex eo, qvod peccatores dicantur mortui in peccatis Math. 8. v. 22. Eph. 2. v. 1. Coloſſ. 2. v. 13.

13. 1 Tim. 5. v. 6. Opera peccati opera mortua Hebr. 6. v. 1. Hebr. 9. v. 1. Ubi qvædam specialiter dicuntur de cenotaphiis Pythagoreorum, Athenienſium & Longobardorũ: de Prohibitione oſculi figendi mortuorum corporibus, de modo ſepeliendi & condendi interram, ne fœditas eorum conſpiceretur, à qvo in elevatione reliqviarum adſpectaculum, ad oſcula ſuperſtitioſa & idololatrica con-

conciliis antiqvis prohibita deflectunt Pontificii. De horrendo supplicio, juxta qvod vivorũ corpora mortuorum cadaveribus alligabantur: Item qvandoqve intra mortuum animal solo capite prominente insuebantur. Qvorum subjicitur explicatio & applicatio.

QVem autem nondum à peccatis & pertinaci in illis permanentiâ abstrahit hæc sui ipsius infra bestias depressio humilis & contempta, consideret qvæso, qvàm abominabilia illa sint ratione indignitatis & turpitudinis suæ propriæ, qvam ex naturâ suâ habent omnia peccata. Ne autem

nescias, *amice & Christiane Lector*, esse fateor tantam peccati turpitudinem, & fœditatem, ut eam nec cogitando perfectè assequi possim, multò minùs autem verbis. Non igitur eis, qvæ à me dicenda sunt, *infinitum peccati malum*, ut *Philo* apud *Jesuitam Lorinum* loqvitur, omnem ejus indignitatem cognosces, sed plures certè credas peccatoi esse sordes, qvas meditationi tuæ relinqvimus: Nos tibi tantùm præeuntes illa breviter tangimus, qvæ dum hæc ægrâ, titubante & ad finem festinante manu scribimus, potissimùm memoria suppeditat. Est peccatum omne, dicente *Ichanne*, ἀνομία & illegalitas, cum sit contra legem Dei sanctam, justam, puram, qvæ est conformis ipsi sanctitati, justitiæ & puritati divinæ: Unde & in *scriptura* homo juxta legem sanctus, purus, misericors esse jubetur, sicut *Deus* est. Proinde etiam in peccato nulla est sanctitas, Justitia, puritas, sed potius inqvinatio, & spurcities, ex qvâ non potest non pollui homo & immun-

Lorin in cap. 32. Dent. p. m. 492.

1. Joh. 3. v. 4.

Levit. 18

mundus reddi. Hinc & ipse *Spiritus S.* sanctitatem & justitiam inchoatam hominum regenitorum comparat ratione impuritatis adhærentis *sanguini menstruo pannoq; menstruato.* *Scripturæ* phrasis est, esse in sanguine menstruo immunditiem, pollutionem, impuritatem, non qvidem moralem sed naturalem: *Vir autem accedens ad menstruatam concumbendo cum eâ, polluitur sicut polluuntur, qui turpitudine & immundicie incestus scripturæ & naturæ contrariâ sese commaculant*, uti ex *Levitico* videre est. *Innocentius* III. P. R. inqvit: *Sanguis menstruus fertur esse tã detestabilis & immundus, ut ad ejus contactum fruges non germinent, arescant arbusta, moriantur herbæ, amittant arbores fœtus, & si canes inde comederint, in rabiem efferentur.* Apud *Græcos* ex præcepto *Ecclesiæ* hæc viguit observantia, ut puerperæ à fluxu sanguinis nõdum purgatæ *Ecclesiam* non intrent. Menstruatæ etiam tam impuræ judicantur, ut interrogatus de eis à *Basilide E-*

Es. 64. *v.* 9. *Levit.* 18 *v.* 19. *c.* 20. *v.* 22. *Ezech.* 18. *v.* 6.

Innocentius 3. *lib.* 1. *de contemptu mundi.* 4.

Συνοδικὸν sive Pandectæ Canonum &c. ab Ecclesia Græca receptorum, nec non Canonicorũ S. S. Patrum epistolarum Oxonii an. 672 cum notis Beveregii excusæ Tom. 2. part. 1. inque iis Dionys. Alexandrin. Archi-

piscopo Dionysius Alexandrinus Archi-Episcopus responderit: *Non existimo eas, si sint piæ & fideles, sic affectas, ausuras vel ad sacram mensam accedere, vel corpus & sanguinem Domini attingere. Neque enim, quæ XII. annorum fluxum habeat, ipsum ad medicinam tetigit, sed solam ejus fimbriam. Orare enim, quomodocunq; sese habeat aliquis, & ut cunq; sit affectus, Domini meminisse, & auxilium implorare, non est reprehendendum. Ad sancta autem sanctorum, qui non omnino animâ pariter & corpore purus est, accedere prohibebitur*: ad qvæ verba *Balsamon* notat inter alia, εἰς ναὸν ἢ εἰσιέναι ἢ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων δεῖ id est *Templum ingredi, vel sanctorum ipsos esse participes non convenit.* Improbat idem, qvod istiusmodi mulieres stent in *templorum* vestibulis. Conferatur *Zonaras* in eadem *Dionysii*, verba. In *syntagmate Alphabetico Matthæi Monachi* sive *Blastaris* eadem adducitur *Dionysii Alexandrini* definitio, cui subjiciuntur

hæc

hæc verba: *Ejusmodi mulieres nunc seorsim agunt, & non solùm ab altari, sed & è templi porticu ejiciuntur.* Legi hæc prolixius possunt in Synodico *Oxonii excuso.* Mota fuit aliqvando etiam ab *Augustino in Anglia Canthuarienſis Ecclesiæ Archiepiscopo* hæc *quæstio Gregorio M.* cujus tamen æqvius est de puerperis & menstruatis judicium. De illis namq; ita respondet: *si eâdem horâ qua genuerit, mulier actura gratias intrat Ecclesiam, nullo peccati pondere gravatur, Voluptas etenim carnis non dolor in culpa est. In carnis autem commixtione voluptas est: nam in prolis prolatione gemitus unde & ipsi primæ matri omnium dicitur: in doloribus paries. Si itaque enixam mulierem prohibemus Ecclesiam intrare, ipsam ei pœnam suam inculpam deputamus.* De ingressu menstruatæ in Ecclesiam hæc sunt ejus verba. *Quæ tamen mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debes, quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari,*

Episcopi Epistola ad Basilidem Episcopum interrogantem can. 2do & scholia Theodori Balsamonis & Johannis Zonaræ p. m. 4. & 5. item part 2. in q. ea Matthæi Monachi sive Blastaris Syntagma Alphabeticum

lit. A. cap. 16. p. m. 33, 34.

tari, Et per hoc, quod, invita patitur, justum non est, ut ingressu Ecclesiæ privetur. Novimus namq; quod mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini veniens vestimenti ejus fimbriam tetigit, atque statim ab eâ sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere, cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare? De communione menstruatarum responsurus distinguit inter prohibitionem & venerationem. Ex prohibitione, ait, non esse arcendas, ita tamen ut laudandæ sint, quæ ex veneratione abstinent; sed præstat ipsum audire Gregorium. Sanctæ, inqvit, communionis Mysterium in eisdem diebus, (qvibus scilicet naturæ suo vitio infirmatur, uti antecedentia ejus verba habent) percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magnâ percipere non præsumit, laudanda est, sed si percipiat, non judicanda. Bonarum quippe mentium est, etiam ibi aliquo modo cul-

pas

pas suas agnoscere, ubi culpa non est, quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa - dum verò percipiendi ex religiosæ vitæ consuetudine ejusdem mysterii amore rapiuntur: reprimendæ, sicut diximus, non sunt. Videipsum Gregorium. Novella Leonis Imperatoris distinguit, cujus verba apud *Balsamonem* ita habent: *Statuimus de mulieribus, quæ peperunt, & de iis, quæ naturali purgatione detinentur, siquidem earum vita à nullâ aliâ morbosâ affectione perturbatur, ut quæ non sunt quidem initiatæ, non sint illuminationis participes: quæ autem sunt divinis mysteriis initiatæ, impolluta mysteria non participent, usque ad quadraginta dierum terminum. Quod si morbus invaserit, & se vitam abrupturum minetur, ut sint omnino sacramenti participes.* Apud LXX. versio ita habet, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης sicut pannus sedentis. Mulieres namq; fluxu hoc sanguinis laborantes sedebant plurimum, neqve permittebantur vel audebant se movere multùm, ne tactu

Gregorius M. T. 2 Op. lib. 12. epistolarum responsione 10. ad decimam. Augustini interrogationem p. m. 1194. seq. Theodorus Balsam. in Scholiis ad Dionys. Alexandrinum epist. Canon. 2.

suo vasa & vestimenta aliaq; polluerent. Censetur namq; in *Levitico* pollutum omne vas aut vestimentum, in qvo sederit mulier hunc fluxum sanguinis passa, vel etiam, qvod tetigerit. Ipse Jesuita *Sanctius* in hunc locum *Esaiæ* putat, etiam, ante legem *Moysi* datam honestis fœminis in usu fuisse, ut propter fœdam illam influxu sanguinis immunditiem plurimum sederint. Certè *Rachel filia Labanis*, qvæ furto occulto abstulerat *idola*, parentem sedulò ea investigantẽ ita elusit, ut stramentis camelorum, ubi occultaverat idola, insederit simulansq; hunc menstruati sanguinis fluxũ parenti non assurrexerit, nec permiserit ea ibi qværi, sese ita excusans: *Ne irascatur Dominus meus, quod coram te assurgere nequeo: quia juxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi.* Apud *Plinium* qvoqve leguntur qvædam de noxio & pestilentiali fœtore menstruati sanguinis, in cujus rei veritatem ut inqviram, jam non vacat. Hoc mihi

Tom. 2. part. 1. Συνοδικῶν cum notis Guilielmi Beveregii excusi p. m. 5.

Levitico 15. v. 18.

Caspar. Sanctius in Es. 64 v. 5. p. m. 265. n. 27.

Gen. 31.

Plinius l. 7. c. 15.

mihi ad probationem rei, de qvâ ago, sufficit, mulierem fluxu hoc laborantem censeri immundam & pollutam: inqvinari per fluxum hnguinis menstruati non solùm pannum, qvo induta est istiusmodi mulier, ita ut fœditatem & fœtorem abominabilem oculis hominum contrahat: sed etiam immunda pronunciari vasa, instrumenta, vestimenta omnia, qvæ tetigerit. Virum etiam, qvi cum menstruatâ coierit, contra legem naturæ & scripturæ sese in oculis DEI tam fœdè & turpiter polluere, ut capitis reus judicetur. In immunditie etiam eorum, qvi jam verè justificati & sancti sunt, describendâ, per allusionem qvandam à *Propheta* adduci pannum mulieris menstruatæ, indicatur invenire *Deum* juxta strictum legis rigorem remotâ misericordiâ etiam in justis suis immunditiem illorum operibus bonis adhærentem, tam impuram, turpem, fœdam & abominabilem in oculis DEI, sicut impura, turpis, fœtida

& abominabilis est in oculis hominum mulier menstruata. Unde jam colligere promptum est; Si tale est veritatis divinæ & infallibilis judicium de justitiâ eorum, qui jam per fidem sunt justificati, & impetratâ remissione peccatorum à sordibus purgati, multò majorem turpitudinem, fœtorem, impuritatem & abominationem habere in oculis DEI sanctis, peccata mortalia, à qvibus nulla est per sanguinem *Christi* facta qvoad applicationem purgatio: Adde & illud, mulierem honestam suæ sibi conscium infirmitatis & turpitudinis, de illâ apud alios erubescere, eamq; etiam aliis, etiam conjunctissimis tegere, remq; ferè omni abominatione abominabiliorem, si turpitudinis suæ vel leve indicium in publicum proferat: Et qvantæ qvæso abominationis reus in oculis Dei sit homo peccator impuritatem & turpitudinem peccatorum qvovis muliere menstruatâ turpiorem agnoscens nullam, eam linguâ & opere ostentans, imo & in

ea

ea se jactans, & per pœnitentiam incorrigibilem, respuens etiam illam, qvæ in Christo ejusq; sanguine est, purgationem! Qvis ambigat sic terram, qvem inhabitant istiusmodi incolæ, conspurcari, DEUM gratiosam suam subtrahere ab illis tanqvam turpiter commaculatis præsentiam, graviter indignari & tandem per effusionem iræ suæ desperatâ purgatione severè & vehementer punire? Audi qvæ apud *Ezechielem* leguntur: *Et factum est*, inqvit, *Propheta, verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Israelis dum habitarent in terrâ suâ polluerunt eam viâ suâ atque studiis suis, via eorum fuit coram me, quemadmodum immundities mulieris, quæ menses habet. Et effudi furorē meum super eos.* Comparat porro *Scriptura* peccatores *canibus, porcis, animalibus immundis, canibus revertentibus ad vomitum & porcis volutantibus se in cœno & stercore.* Sus involutabro cœni se volvens, omni, qvam per lotionem impetraverat, perditâ mun-

Matth. 7. 2. Pet. 2. v. 22.

munditie, redditur fœtida magis & inqvinata ſtercore, qvàm ante lotionem erat. Finge qvisqvis es, *tibi* ſuem fœtidam perreptantem cloacas, inq; ſtercore ſe totum volventem. Turpior eâ es *homo peccator*, volvens *te* & revolvens in cœno voluptatum & peccatorum, qvo nihil fœdius; nihil eſt abominabilius. Canis etiam ubi ventrem avidius implevit cibo, per vomitum ventriculum exonerat. Idem mox, ut eſt naturâ ſuâ animal immundum, revertitur ad cibos per movitum ejectos, reſorbens eos. Sic ſunt, *Scripturâ* utriusq; *Teſtamenti* teſte, *Chriſtiani* per ſacrum baptismatis lavacrum abluti ab immunditie ſuâ, vel etiam, de qvibus juxta literam *Spiritus S.* agit, illi, qvi poſtqvam per pœnitentiam abdicarunt μιάσματα τȣ̃ κόσμȣ inqvinamenta mundi, & mox ad eadem redeunt. Canes ſunt ad vomitum ſuum revertentes, imò qvibusvis turpiores & abominabiliores canibus, ſeſe μιάσμασι τȣ̃ κόσμȣ totos immergentes

Prov. 26. v. 10. 2 Pet. 2. v. 22.

tes & teterrimè conspurcantes. Tam fœdum in oculis hominum spectaculum canis est, cibos semicoctos ejectos resorbens, ut fuste abigant & minis, ex solo visu ad horrorem & vomitum adacti, cum tamen homo peccator in cane id nec oculis ferre valens, fœdiora qvotidie peragat, reversus ad μιάσματα mundi, à qvibus jam erat liberatus, atqve incorrigibiliter vomitum suum resorbens. Audiamus etiam unam vel alteram *Augustini* sententiam. *Augustinus* ait: *Vide quam horribili rei eos comparaverit? Horribilis profecto res est, proprium resorbere vomitum, nec in summâ quidem fame à quoquam usurpatum.* Idem alibi hæc habet: *Premebat pectus conscientia peccatorum, acceptâ indulgentiâ quasi vomuisti & revelatum est peccatum tuum, facta est bona conscientia ex conscientia mala. Quid rursus reverteris ad vomitum tuum? Si canis hoc faciens horret oculis, tu quid eris oculis Dei?* Hæc *Augustinus*. Illis porro, qvi *Spiritus S.* gratiâ regenerati & renova-

Augustin. concion. in Ps. 30.

Ps. 83.

novati sunt, tribuitur appellatio *novi hominis*, *novæ creaturæ*, cum è contra peccata & propensio ad ea eorumq; exercitium *vetustas* appelletur *carnis*, *vetus homo*, comparetur etiam *corpori vetusto*. Corpus vetustum senioq; confectum multa habet displicentia & ingrata. *Hieronymus* ait: In *senibus omnes pœnè virtutes* corporis *mutari*, & *crescente solâ sapientiâ*, *cuncta*, *quæ per corpus* exercentur *fracto corpore minora effici*. *Innocentius tertius* P. R. talem dat corporis senilis descriptionem: *Si quis ad senectutem processerit*, *statim cor ejus affligitur*, & *caput concutitur*, *languet Spiritus*, & *fœtet anhelitus*, & *crines defluunt*, *tremit tactus*, & *deprimit artus*, *dentes putrescunt* & *aures surdescunt*. Franciscus Petrarcha hæc ex Tullio habet: *Senectutis incommoda apud alios plura*, *apud Tullium sunt quatuor: imminutio virium*, *avocatio à rebus gerendis*, *ademptio voluptatum*, *mortisq; vicinitas*. Hæc ille l. c. Non potest autem majorem creare molestiam corpus vetustum

Eph. 4

Hieronym. T. 1. Op. Epist. in epist. ad Nepotian p. m. 11, 12.

Innocentius tertius lib 1. de contemptu mundi c. 9.

Franciscus Petrarcha lib. 6. de reb fam. epist. 89. ad Joh. Columna

tustum senioq; confectum, ac anima peccatorum multitudine onusta, putris, ad interitum vergens, lippiens caligans, desipiens, malè vel planè non audiens hircoq; pejus olens. Audiamus unicum *Chrysostomum*, qvi rem hanc ita proponit. *Nos*, inqvit, *ad priorem reverentes vomitum, postnovitatem illam, quam gratia contulerat, peccatorum vetustatem denuo reparamus. Pecuniæ quippe amor, absurdarumq; concupiscentiarum servitus atque simpliciter omne peccatum operatorem suum putrem ac vetustum reddere solet. Quod verò vetustum est senioq; confectum, propriè est ad interitum, non enim est, non est, inquam, corpus aliquod temporum adeò vetustate videre dissolutum, quemadmodum animam peccatorum multitudine putrem corruptamq;. In extremam quippe nugacitatem abit illa tandem humilia & absurda loquens, quemadmodem seniculi solent quiq; desipiunt, muco referta, insaniaq; multa & oblivioſa lippitudinem quoque ob oculos habens, & bo-*

Chrysost. T. 4. in Morali exhortat. quæ sequitur sermon. X. in Epist. ad Rom. pag. 107.

hominibus odiosa & Diabolo ad prædam exposita. Tales qippe sunt peccatorum animæ, quæ etiamsi modicam vim fuerint passæ, continuè decidunt ac pereunt. Neque enim sanè vident, neque sincerè audiunt, neque perfectè loquuntur, incredulitatque peccatores, sed singultibus crebris pleni sunt. Multam quoque ab ore defluentem spumam circumferunt. Et utinam spumam tantum circumferant, nihil esset adeò absurdi. Nunc verò verba effutiunt quovis cœno pejus olentia: & quod gravius est, exspuere etiam hanc verborum putridorum spumam nequeunt, sed in manus illam sumentes magnâ abominatione crassam & tenacem rursus versant. Nauseam forte ex dictis patiemini. Majorem igitur inferat res ipsa. Cum enim ista in corpore cum eveniunt injucunda sunt & molesta, multò magis in animâ. Hæc Chrysostomus. Parum etiam est visum Spiritui S. peccatorem describere sub vetustate carnis, nisi eundem dicat *mortuam in peccatis*. Vivunt qvidem *peccatores* ex conjunctione animæ & corporis essentiali vitam naturæ, qvæ tamen vera vita censenda non est, cum *mortui* sint, & dicantur *in peccatis*: Qvemadmodum nempe perennitas damna-

Matth. 8. v. 22. Eph. 2. v. 1. Col. 2. v. 13. 1. Tim 5. v. 6.

mnatorum non est vita vera, sed mors perennis, sic etiam hæc animæ & corporis conjunctio in peccatoribus non est vera vita, sed mors, cum non agantur *Spiritu Dei*, nullas qvoqve faciant operationes, qvæ sunt spiritualis vitæ, vivant qvoqve in peccatis. *Origenes* id non male explicat: *Pythagorei*, ait, *olim pro eorum gravi & egregiâ tunc disciplinâ & institutis inane sepulchrum his exstruebant, qui ab eorum Philosophiâ discesserant, quippe quos pro mortuis ducerent: Christiani autem Deo perinde ac mortuos & perditos putant, qui vel impietate devicti vel re alia quavis absurdiore succumbunt, & eos quidem ut mortuos lugent.* Ea qvæ de *Pythagoreis* dicit *Origenes*, hausit dubio procul ex *Clemente* rem ita referente: *Aiunt Hipparchum Pythagoreum accuratum, quod aperte scripsisset decreta Pythagoræ, expulsum fuisse è Schola, & ob ipsum tanquam mortuo impositam columnam fuisse: quocirca etiam in hac Philosophiâ vocant mortuos eos, qui excidunt à dogmatibus & mentem subjecerunt animæ perturbationibus.* Illud autem qvod *Origenes* de inani sepulchro refert, explicari meretur ex more antiqvo qvorundam populorum, qvi morientibus extra Patriam *Cenotaphia* vel vacua erigebant sepulchra, qvibus certa inscripta erant signa vel symbola. Hoc apud *Athenienses* usita-

Origenes lib. 3. contra Celsum.

Clemens Alexādr. Stromatum 5.

Suidas verb. ἐκρέον.

sitatum fuisse *Suidas* refert, *qui cenotaphiis eorum qui calamitatem perpessi rerum adversarum vi Compulsi extra Atticam sepulti essent, ligneā apponere crucem consueverunt,* ἐκρέον, *illi quam simillimam patiblo, cui Judæorum malitia Salvatorem affixit. Longobardi* qvoqve his, qvi extra patriam occubuerant, constituto erectoq; tumulo eorundem intra sepulchra perticas cum ligneis superpositis columnis, qvæ in eam partem spectarent, ubi illi decesserant, figere consveverunt, qvâ de re videndus *Paulus Warnefridus* in eorundem gestis. confer *Paulum Aringhum* in opere insigni Romæ subterraneæ, nec non *Rivetum.* Sicut igitur ab hisce populis Cenotaphia vacua & inania sepulchra mortuis extra patriam sunt erecta: sic qvoqve illis, qvi dogmatibus exciderant, mentemq; subjecerant, uti *Clemens Alexandrinus* loqvitur, perturbationibus animæ, tanqvam mortuis vacua sepulchra à *Pythagoricis*, desertores suos reputantibus pro fœtidis & putribus cadaveribus, erecta sunt. Sicut etiam *scriptura* vocat peccatores, in *peccatis mortuos*, ita qvoqve opera peccati vocat *opera mortua.* Expende hoc *quisquis es homo peccator*, & agnosce inde fœtorem, putredinem, & abominationem, qvam ex judicio ipsius *Spiritus* Sancti,

Paulus Warnefridus libr. 5. de Gestis Longob. c. 3. Paulus Aringh. lib. 1. Romæ subterran. c. 27. p. m. 92. § 2. & Rivetus T. 2. Op. exercit. 133. ad c. 31. Genes. p. m 516. Hebr. 6. v. 1. Hebr. 9. v. 1.

si, tuus tibi acqviris peccatis. Corpus mortuum jacet exanime, immobile, colorem habens lividum, frigidum est in omnibus partibus, carens omni sensu, injuriæ qvorumcunq; expositum, abominabile etiam proximis agnatis, & amicis optimis, qvi horrent tangere, emittens fœtorem intolerabilem, putrescens, esca vermium & serpentum (puta si supra terrã inhumata contingit per aliqvot manere dies corpora; secus nãq; dicendum est de sepultis in terræ gremio, videri meretur Noster Dominus D. Franzius p. m.) redigendum mox in terram, cineres & pulverem, unde formatum est. Præter scripturæ dicta vulgo etiam ex concionibus nota, placet adscribere verba *Chrysostomi*, qvæ hæc sunt: *Quid ex corpore factum est, quod pridem tanto famulitio, tam exquisitâ munditiâ abundabat? Abiit nimirum ad sepulchrum. Contemplare pulverem, cineres, vermes, ejus formas, speciem, & amarè suspires. Hæc Chrysostomus.* Jungo hæc *Gregorii Magni. Intueamur qualia in sepulchris jaceant divitum cadavera, quæ illa in exstincta carne sit imago mortis, quæ labes corruptionis, & certè ipsi erant, qui extollebantur honoribus, habitis rebus tumebant, despiciebant cæteros, & quasi se soles esse gaudebant, & dum non perpende-*

Franzius de interpretat. scripturæ p. m 863. seq.

Chrysost. T. 5. Epist. 5. ad Theodor. lapsum p. m. 989.

rent, quò tendebant, nesciebant quid erant. Sed in lutum cervix redacta est, quia despecti jacent in putredine, qui tumebant in vanitate. In lutum cervix redigitur, quia quantum carnis potentia valeat, tabes corruptionis probat. Hæc Gregorius. Adde præprimis ipsa Salvatoris nostri verba: Sepulchra, inqvit, dealbata, licet extra appareant speciosa, intus tamen sunt plena ossibus mortuorum omniq; immunditiâ. Scriptura qvoqve V. T. vetuit, corpora mortuorum tangere, juxta qvam etiam tangentes ea impuritatē contrahebant Leviticam, ideoq; lotione indigebant. Habuit eadem rationem honoris sanctorum, probans morem condendi corpora sanctorum mortua in terram, ut ni-mirum fœditas eorum, ex oculis hominum removeretur. Ipse Bellarminus ita judicat, consuli honori mortuorum ad hoc in hominum memoriis viventium, per corporum sepulturam, cum non careat ignominiâ quâdam, quod fœditas nostri corporis aliorum conspectibus pateat. Aurelius Prudentius hymno de Eulaliâ extremo ita canit:

Gregorius M. libr. XI. expōs. moral. in Job. cap. 14. p.m 290

Matt. 23. v. 27.

Levit. 21. v. 11.

Num. 5. v. 2.

Num. 6. v. 11.

Num. 9. v. 10.

Num. 19. v. 11, 16, 18.

Bellarm. lib. 2. de Purgatorio cap. 2.

Aurelius Prudentius

Reliquas cineresq; sacros
Servat humus veneranda sinu

Et initio seqventis hymni

Bis novem noster populus sub uno
Martyrum servat cineres sepulchro.

Parùm igitur consulunt honori sanctorum

ctorum illi, qvi ad ſtabiliendam *idololatriam* reliqvias *ſanctorum* defunctorum, qvorum pleriq; mortem ſuſtinuerunt cruentam, ne idololatriam committerent, è terrâ iterum effodiunt, elevant ad publicum ſpectaculum, populoq; palpandas & oſculo religioſo honorandas exhibent, cum tamen etiam in *Concilio Antiſiodorenſi* ſtatutum ſit, ne mòrtuorum corporibus feratur oſculum, qvod & factum in *Concilio Matisconenſi*. de qvo videatur *Balduinus*. Si autem fœdum in oculis hominum ſpectaculum eſt corpus mortuum, putreſcens, fœtens, vermiculoſum, multò fœdius turpius & abominabilius eſt in oculis DEI ſpectaculum, homo in peccatis mortuus, in cujus corde omnis charitatis ardor exſtinctus eſt, non intelligens, non ſapiens, non videns, nec audiens, ex carentiâ vitæ ſpiritualis, qvæ DEI ſunt, nutriens in conſcientiâ vermes mordentes, ſive vigilet ſive dormiat, expoſitus rapinæ & torturæ *Dæmonum*, & mox in infernalem ſepeliendus voraginem. *Chryſoſtomus* ait: *Pollutio peſſima eſt in mortuis peccat operibus. Mortua quippe omnia opera ſunt, quæ vitam non habent quæ putorem ſpirant. Sicut enim mortuum corpus ad nullum ſenſum eſt utile, verum etiam contriſtat appropinquantes: Sic & peccatum con-*

Balduinus in cap. 4. epiſt. priores ad Theſſalon p. m. 1161.

Chryſoſt T 4 homil. XV. in Epiſt. ad Hebr. p. m. 1762.

confestim rationem nostram percutit, & non permittit neque mentem ipsam quiescere, sed perturbat & commovet. Idem alibi ait: peccata vermibus pejora sunt, corpus enim isti, animam verò illa inficiunt, majoremq; quam isti generant putredinem, quam quia non sentimus, expurgare etiam non conamur. Hæc ille. Proinde abominabiles rectè dixero, peccatores, qvi vivi mortui sunt, qvod miseriam fœtorem & abominationem suam non agnoscant. Audiamus plura. Horrendum fuit olim & abominabile spectaculum & supplicium, alligatione vel etiam inclusione vivorum ad corpora, vel etiam in mortuorum cadaveribus putredinem, fœtorem & tandem etiam lentam inducere viventibus mortem. A *Mezentio* fuit olim hoc portentosum excogitatum genus supplicii, vivorum corpora cadaveribus adversa adversis alligare atq; constringere, ita ut singulæ membrorum partes singulis essent accommodatæ simulq; tabescerent. Similis huic fuit cruciamenti species, cum qvis intra mortuum animal solo capite prominente insuebatur, qvod supplicii genus *Maximinum* in miseros fontes exercuisse auctor est *Julius Capitolinus*, qvod & *Valerius Maximus* refert hisce verbis: *Mactatarum pecudum intestinis & visceribus egestis*

Serm. X. in epist. ad Roman. p. m. 118.

Julius Capitolinus in Vita Maximini. Item Valerius Maxim l. 9. c. 2.

egestis homines insuere, ita ut in capitibus tantummodò eminerent, atque ut diutius pœnæ sufficiant, cibo & potu infelicem Spiritum prorogare, donec intus putrefacti, laniati sunt ab animalibus, quæ tabidis corporibus innasci solent. videatur *Baronius*. Qvin vel ad solam supplicii commemorationem horrore concutiatur *Lectoris* animus indubium est: ast cum *Scriptura* S. appellet peccata opera mortua, *qvivis* rectè rem dijudicans animadvertet facilè, abominabilius esse & præbere DEO spectaculum, homiuem malitiosè in peccatis suis pereuntem. cum illud corpus *inficiat* tantum, hoc totum hominem: illud externè tantum ambiat hominem, hoc internè omnes ejus vires penetret, lentâ & horribili putredine & fœtore mortem inducens æternam, & vermem nunqvam moriturum. *Habitat* namq; *peccatum in homine: adjacet illi:* estqve in; *Renatorum* membris *belliger & adversus legem mentis, & captivos reddat eos legi peccati, quæ est in membris eorum*, adeò ut *Paulus Apostolus* in statu regenerationis considerans hanc miseriam ingemiscendo exclamet: *Miser ego homo, quis me eripiet ex isto corpore mortis*, id est ex hoc corpore mortifero, qvod in omnibus suis partibus & membris interioribus & exterioribus viribus tetramistâ originalis pec-

Baronius ad Martyrol Romanum 28 Julij p.m.460

Rom. 7. v 17, 21, 23.

peccati pestem & ejus stipendium mortem circumfert: Qvalem & qvantam putemus esse miseriam & abominationem, hominem peccatorem succumbentem huic miseriæ, & in tabe peccatorum proæreticorum abominabili pereuntem? *Apostolus* etiam alibi vocat

Hebr. 12. v. 1. εὐπερίστατον ἁμαρτίαν, id est, qvod instar putredinis pestilentialis validè & facilè & velut indagine qvâdam cingit hominem, omnes ejus vires, omnia membra ipsum deniqve totum occupans, adeò ut ex libro *Psalmorum* & *Prophetia Esaiæ Paulus* emphaticè repetat.

Rom. 3. v. 13. seq. *Sepulchrum apertum guttureorum, linguis suis ad dolum usi sunt: venenum aspidum sub labiis eorum. Os diris & amarulentiâ plenum est. Veloces quoque sunt eorum pedes ad effundendum sanguinem. Contentio & calamitas in viis eorum. Et viam pacis non agnoverunt. Non est timor Dei coram oculis eorum.* Est uti ex hactenus dictis apparet, homo peccator in omnibus suis partibus, membris, viribus totus corruptus, pestilentialis & abominabilis, ita ut sibi relictus & *Gratiæ divinæ*, ut fit in peccatoribus impœnitentibus, ope & directorio carens nihil boni habeat, nihil qvod non putredinem fœtorem & mortem actu ipso inferat, nihil qvod non hydrope, gangrenâ & qvavis leprâ & peste sit tetrius, abominabilius & perniciosius.

CAPUT TRIG. SEXT.

Huc etiã pertinet, qvod in Epist. Judæ v. 23. fiat mentio maculatæ in carne tunicæ. Denotat autem maculata hæc tunica veterem hominem cum pravis suis desideriis, concupiscentiis & operibus. Irregeniti etiam propter ea ab eodem Apostolo v. 12. vocantur σπιλάδες. Significatio vocis du-

plexeſt: utraq; oſtenditur eſſe apta textui & ſcopo noſtro. Hinc etiam in ſcriptura impiis tribuitur ἀκαθαρσία immundities, impuritas, tam fœda, putris, & fœtida ut ineluibilis ſit: ut etiam Spiritus immundus non invenerit iſtiusmodi ſordes, putredines & fœtores in impuris animalibus & inqvinatiſſimis mundi locis, qvã in hominibus impiis & impœnitentibus. Declaratur id ex Math. 8. v. 28.

8. v. 28. seq. & verbis Petri Chrysologi.

POrro S. *Judas Apostolus* memi-
nit *maculatæ in carne tunicæ*. Qvid *Epist.*
autem l. c. *per tunicam maculatam* *Judæ*
aliud intelligitur, qvam vetus ho- *v. 2. 3.*
mo cum pravis suis desideriis con-
cupiscentiis & operibus? *Hic* cer-
tè, qvantus qvantus est, tunica est
sordida & maculata. Vocavit pro- *v. 12.*
pterea *Judas* in antecedentibus *ir-*
regenitos σπιλάδας. Cum vox hæc
duplicem habeat significationem,
utraq; textui & scopo nostro apta
est. Significat primò maculam,
sive ea in veste sive etiam insuper-
ficie cutis appareat. Hinc ducta
metaphora denotat maculas ani-
mæ, id est peccata hominem ad i-
maginem Dei sanctam turpiter *Ephes. 5.*
sordidantia & maculantia. Hinc est, *v. 27.*
qvod *Paulus* dicat *Christum* sibi glo-
riosam stitisse *Ecclesiam*, *non ha-*
bentem σπῖλον & rugam, id est, ex-
plicante ipso *Paulo*, ut *esset inculpa-*

ta & *sancta*, qvod de *Ecclesia* dictum, & ipsa verba, & circumstantiæ textus, & interpretationes *Doctorum* antiqvorum & recentiorum, partis utriusq; *Pontificiæ* (qvorundam) & *Evangelicæ* (omnium vel etiam plerorumq;) non de statu *viæ* sed *Patriæ*, non de *Ecclesia militante*, in qvâ omnes qvotqvot sunt credentes circumferunt adhuc maculam peccatorum, sed triumphante intelligendum esse evincunt. Verbum qvoqve σπιλόω significat maculare, qvo *Jacobus* de linguâ utitur hisce verbis: ἡ γλῶσσα σπιλοῖ ὅλον τὸ σῶμα lingua maculans totum corpus. Hoc vocabuli sensu impii peccatores dicebantur σπιλάδες, utpote communione suâ externâ, per qvam *piis* in *agapis* miscebantur, illos nec non *Ecclesiam* deturpantes, & inqvinantes. Significat secundò hæc vox etiam saxum maris prominens, in cujus concavitatem ex diversis locis, fluctibus maris omnes ejus sordes projiciuntur, qvæ etiam

Jacob. 3. v. 6.

iam illi tenaciter adhærent. Juxta qvam vocabuli interpretationem per σπιλάδας notantur impii & incorrigibiles peccatores, ut colluvies & communia omnium scelerum receptacula impura, vel etiam spelunca & lacunæ, in qvas omnes omnium impuritatum sordes confluunt. Tribuitur proinde in sacris etiam illis ἀκαθαρσία *impuritas*, *immundities*, & qvidem tàm fœda putris & fœtida, ut ineluibilis sit, ut ei eluendæ & expurgandæ non sufficiat *nitrum, nec herba boritb*, *nisi Dominus* ipse lavet hyssopoq; aspergat, & purificet sanguine *Christi* immaculato. Non invenit *Spiritus* immundus istius-modi sordes, putredines, fœtores in impuris animalibus & inqvinatissimis mundi locis, qvàm in hominibus impiis & impœnitentibus. *Satanas* immersus totus, qvantus qvantus est, impuritati infernali & tartareæ, delectatur sordibus cœno & fœtore, delectatur etiam habitaculis cœnosis, im-

Rom. 1. v. 24. c. 6. v. 14. 2. Cor. 12. v. 21. Gal. 5. v. 19. Eph. 4. v. 19. c. 5. v. 3. Coloss. 3. v. 5. 1. Thess. 2. v. 3. c. 4. v. 7. Tit. 2. v. 14. Jerem. 2. v. 22. Psal. 2. v. 9. 1. Joh. 1. v. 7.

puris & immundis, qvalia reperit in criminum & vitiorum impuritate, sorditie & fœtore. Expulsus *ille* virtute *Christi* ex hominibus duobus, qvos corporaliter obsidebat, permissu *Christi* in porcos abiit, animalia, uti paulo ante dictum est, impura, polluta, sordida. Non habens autem ibi satietatem demersis in mare porcis, abit inqvirens putredinem fœtoremq; peccatorum in hominibus, qvo cum delectatione fruitur. *Petrus Chrysologus* ita interpretatur, qvod Spiritus immundi odor ita crudelis & tartareus sit, ut eum nec porcorum natura sufficeret sustinere, deniqve ut demergi in mare & fluctibus maluerit deperire, qvàm ejus immunditiem pati & putredinem tolerare. Est proinde fœtor, putredo, sordities, impuritas criminum multò pejor fœtore, putredine & impuritate porcorum, imò est tartareæ & infernali similis, in qvâ proinde, non inveniens in toto mundo locum, ubi reqviescat, sedem

Matth. 8. 28. seq.

Petrus Chrysolog. serm. 17. de Damoniaco f. m. 18. b.

sedem suam tartaream tanqvam in aula & proprio domicilio collocat, dicente ipso *Christo* in Evangelio *Lucæ*. *Luc.* 11. *v.* 24. *seq.*

CAPUT TRIG. SEPT.

Impuritas hæc impiorũ describitur etiam 2. Petr. 2. v. 20. per μιάσματα seu inqvinamenta, sordes & fœditates mundi. Medicis μιάσματα sunt seminaria luis pestilentialis in aere corrupto. Budæus ostendit μίασμα esse piaculum: sicut μιάστωρ est, qvi propter piaculum, qvod contraxit, cæteros velut contagione qvadã

eidem reddit obnoxi-
os: uterqve ſenſus hic
eſt aptus & conveni-
ens: Additur expli-
catio ulterior ex Jer.
32. v, 34. Eph. 5. v. 5.
Apoc. 22. v. 11. Tit. 1 v.
15. notabiliter qvoqve
ſubjicitur, ex 2. Petr. 2.
v. 13. impios à Spiritu
Sancto in abſtracto vo-
cari σπίλες καὶ μῶμες coin-
qvinationes & macu-
las. Emphatica abſtra-
ctivæ hujus locutionis
ſignificatio exprimi-
tur. Qvæ impuritas
peccati etiam mon-
ſtra-

stratur impuro & turpi peccatorum exercitio, qvo nihil potest esse turpius & abominabilius. Subjicitur ad excitandos homines peccatores ad pœnitentiam discursus de indignitate abominabili, qvæ est in servitute peccati turpi & abominabili.

IMpuritas qvoqve impiorum describitur à S. *Apostolo Petro* per μιάσματα seu *inquinamenta, sordes & fœditates mundi.* *Medicis* μιάσματα sunt seminaria luis pestilentialis in aëre corrupto. Serpunt illa occultè, & ubi incidunt in subjectum dispositum, contagione suâ 2. Petr. 2. v. 20.

illud inficiunt. Ad eundem modum habent se μιάσματα & inqvinamenta mundi, comprehendentia omne genus vitiorum & flagitiorum: serpunt in mundo occultè, & homines ad vitia pronos facilè inficiunt & contaminant *Budæus* ex *Demosthene* & *Luciano* ostendit, μίασμα esse piaculum: μιάστωρ enim est, qvi cum scelere aliqvo sese contaminârit, atqve ita piaculum contraxerit, cæteros velut contagione qvâdam eidem obnoxios reddit. *Hæc significatio*, inqvit (ex qvo etiam pleraqve qvoad considerationem hujus loci sunt desumpta qvod in animi grati signum erga eum, cujus lectione proficio, hic addo) B. noster *Gerhardus pulchrè huic loco congruit, quia homines impii mundi nomine hoc loco deputati coram Deo sunt quasi piaculum contagione conversationis suæ alios inficientes & contaminantes.* Apud *Jeremiam* LXX. usurpant pro שקוצים id est, flagitiis gravioribus & abominandis. Vocantur

Gerhardus 2. Petr. 2. v. 20. p. m. 316. Jerem. 3v. v. 34.

cantur porro impii; propter hanc ἀκαθαρσίαν ἀκάθαρτοι *impuri*, μιασμένοι *polluti*, qvibus οὐδὲν καθαρόν, *nihil est purum*, ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν ὁ νοῦς καὶ ἡ συνείδησις, *sed pollutae est eorum mens & consientia*, uti *Apostolus* in Epistola ad *Titum* loqvitur: Omnes proinde fictiones & cogitationes cordis, omnia dicta, omnia facta. omnia qvæ ad impium pertinent, polluta, & deturpata sunt scilicet spectata concretivè & qvoad existentiam, omni loco, omni tempore, qvousq; sanguine Christi purificetur. Imo non satis est Spiritui S. in concreto ita vocare impios, sed & in abstracto ait, qvod sint σπίλοι καὶ μῶμοι *coinquinationes & maculæ*. B. noster *Lutherus* vertit sie sind Schande und Laster. Est omnino in abstracto emphasis magna. Solent etiam probatissimi sermonis Viri, hominem valde sceleratum vocare *scelus*: Qvò pertinet hoc *Comici*: *Abi ad malam rem cum suspicione istbac scelus*. Sic qvoqve *Apostolus*

Eph. 5. v. 5.

Tit. IV. 15

2. Petr. 2. v. 13.

lus emphaticè in abstracto vocat σπίλους καὶ μώμους homines vehementer pollutos, inqvinatos, maculatos, ita ut sint instar impuræ scaturiginis, ex qvâ non nisi impura & lutosa fluit unda. Hæc impuritas & abominatio peccatorum monstratur qvoqve in turpi peccatorum exercitio. Deserunt namq; *Deum* omnis sanctitatis & puritatis fontem, expellunt ejiciunt eum, contemnunt, aspernantur, blasphemant, *Christum* iterum crucifigunt. Interrogo tuam, *ô peccator*, conscientiam, an turpius qvicqvam & abominabilius esse possit, qvàm hæc opera, qvæ peccator in omni suâ vitâ neqviter & indesinenter committit. *Quid immundius*, exclamat proinde in loco qvodam rectè *Ambrosius*, *quàm mentem, quâ nihil homini pretiosius est datum, turpibus commaculare criminibus & atrocibus efferare commentis?* Non pigebit adscribere egregia verba & elegantia *Casparis Sibelii*, qvæ hæc sunt: *Nullus*

2. Paral. 24. v. 20. Jerem. 2. v. 13. c. 15 v. 6. c. 16 v. 11 2. Sam. 12. v. 17. Rom. 2. Deut. 32. Ps. 10. v. 4. Hebr. 10. v. 28. Ambrosius in Ps. 119. 21.

lus, inqvit, *bufo tam est horridus & abominabilis in oculis mortalium, atque homo peccati veneno infectus in oculis Domini: nullum cadaver tam fœtidum odorem exhalat & spirat, atque irregenitus coram sanctissimo Deo fœtet: Nulla macula ita faciem hominis formosi deformat, atque nævi peccati imaginem Dei, ad quam homo est creatus, conspurcant & deturpant. Etenim hujusmodi natura ad malum est proclivis, cor vanitate repletum, intellectus ignorantiâ excæcatur, voluntatis inclinatio in rixas, injustitiam & inanem gloriam propendet, omne figmentum & cogitationes cordis ejus tantummodo malæ sunt omni tempore. Animam hominis irregeniti scelera fœdant, prava desideria inquinant, turpitudines corrumpunt, perturbationes inquietant, affectus inflammant, invidia depascit, crapula enecat, iracundia deformat. Ea propter Deus hanc hominis irregeniti deformitatem depicturus eum cum lupis, rapacibus, impuris porcis, leonibus*

Gen. 6. v. 5.

nibus rugientibus, tauris cornupetis, equis calcitrosis venenatis serpentibus, lascivis & rabiosis canibus &c, *comparat.* Hæc *Sibelius.* Cum autem adeò turpe, adeò abominabile, adeò fœtidum sit coram Deo peccatum, annon tuæ, *ô homo*, dignitati ignominiosum est, te tanqvam servũm *peccato* tanqvam *Domino* subjici? Hoc namq́; est *Scripturæ* judicium, qvod qvi voluntariè faciunt peccatum *serviant peccato*; Est *peccatum Dominus*, à qvo reguntur & captivantur. Hæc autem servitus, uti *Ludovicus Granatensis* ait, *est sub terribilissimo, immanissimo crudelissimoq́ omnium Tyranno. Omnium namq́ rerum, quæ sunt inmundo, maximè abominabilium abominabilissimum est tormentum inferni, multò tamen magis horribile est peccatum, quod caussa est hujus tormenti. Idem* paucis interjectis ita pergit: *Cæterùm quid magis dolendum est, quam videre hominem, qui animam habet factam ad imaginem & similitudinem Dei, lumi-*

Casparus Sibelius Concion, 38. in epist. Judæ v. 12. p. m. 348, 349 Joh. 8. v. 34. Rom. 6. v. 12.

Ludovicus Granat. libr. 1. ducis peccatorũ part. 2. p. m. 310, 311.

p. m. 313.

lumine cœlesti illuminatam, intellectum verò quocum ascendit super omnes res creatas, usque quò dum ipsum Deum inveniat: nihilominus omnem hanc suam nobilitatem contemnere, subjici & regi impetu quodam furioso à belluino suo appetitu, & corruptum esse à peccato, circumduci insuper, moveri & impelli à Diabolo? Quid quæso tandem ab hoc regimine exspectandum est, præter ruinas, præcipitia, malaq; incomparabilia. Hæc & alia l. c. *Ludovicus Granatensis.* Hæc servitus est erubescenda peccatori, & vel eo maximè, qvod & in re omnium turpissima & abominabilissima erubescere nesciant. Sic namq; *Chrysostomus: Talis quippe*, ait, *erat servitus illa, ut illius vel meminisse tantum turpitudinem & pudorem afferat. Si ergo ipsius recordatio pudefacit, multò magis actus* ipse. *Item*, paucis interjectis: *Duplici damno afficiebamini, cùm quod pudenda committebatis tũ quod erubescere etiam ignorabatis, (id qvod priori gravius erat)*

Chrysost. serm. 12. in epist. ad Roman. p. m. 123.

rat) *Et tamen serviendo peseverabatis.* *Item*, paucis iterū interjectis; *Considera* inqvit, *quantus sit malitiæ excessus quod servi illius à pœnâ jā liberati essent, à turpitudine tamen dedecorosæ servitutis liberare nequierint.* Hæc aliaq; *Chrysostomus* l. c. Ferrei & saxei cordis homo est, qvi nec hâc turpi & abominabili servitute peccati motus per pœnitentiam aspirat pristinam, qvam per peccata amisit, dignitatem.

CAPUT TRIG. OCT.

Agitur in hoc capite de hostili & ardentissimo DEI odio adversus peccata & peccatores. Qvod ostenditur ex bonitate Dei infinitâ, immensâ, & incomprehensibili, ex qva tali

Deus non potest non infinito modo odisse peccatum. Item ex pœnæ asperitate, qvæ talis & tanta est, ut ob peccata fiat privatio infiniti boni in cœlis propositi: item ex eo, qvod peccata sint non tantum ex lege positiva mala, sed naturâ suâ talia, cum adversentur justitiæ & sanctitati divinæ immutabili & infinitæ. Qvæ ratio fuit, ut ad redimendos homines necessaria fuerit infinitæ personæ pas-

sio. Homo etiam, cujꝰ finitus est intellectus, non potest turpitudinem & indignitatem peccati, qvâ infinitam Dei læsi justitiam, perfectè cognoscere & odisse. Iram & indignationem suam adversus peccata & peccatores Deus in scriptura qvoqve expresse manifestavit Ps. 5. v. 5, 6, 7. 1. Sam. 28. v. 16. 1. Reg 14. v. 22. Exod. 20. v. 5. 1. Reg 15. v. 30. c. 16. v. 33. Es. 64. v. 10.

JUvat etiam supra *nos* ad *cœlum* meditatione devotâ ascendere,

Deiq;

Deiq; adversus peccatores considerare affectum. Qvi non potest non esse hostilis, irâ odioq; ardentissimus adversus peccata & peccatores omnia pœnitentiæ media pertinaciter respuentes. Rationes manifestæ sunt; Bonum omne amico & benigno affectu fertur in illud qvod bonum est, hostili è contra adversus illud, qvod malum est. Qvò etiam majoris qvi est bonitatis, eo magis qvoqve illud qvod bonum est amplectitur, malum autem detestatur. Jam considera bonitatem DEI qvænam & qvanta illa sit? Qvis autem intellectus ad investigandam, & qvæ hominum lingua sufficiat ad exprimendam *Bonitatis divinæ* magnitudinem? Omne qvod in *angelis* & hominibus est bonitatis, DEI bonitas infinito modo antecedit. Finitum non est capax infiniti. Infinitum est esse DEI, infinita qvoqve est ejus bonitas, qvæ καθ' ἑαυτὸ, & intrinsecè ab essentiâ non distinguitur. Finitum cum dederit

nobis *Deus* intellectum, os etiam, linguam labia ſuis finibus & terminis incluſerit, ſufficiat de magnitudine bonitatis fateri ſuam propter incomprehenſibilitatem *perfectionis divinæ* ignorantiam & uno dicere verbo eſſe eā *infinitā*. Infinitum autem bonū qvia *Deus* eſt, infinitum qvoqve eſt *Dei* adverſus peccata, qvæ mala ſunt, odium. Qvod ſi nō capis, vel hoc conſidera, qvod ob peccata digni judicentur homines, qvi priventur infinito, qvod alias in *cælo* propoſitum erat, bono. Pœnæ aſperitas & magnitudo, teſtatur de magnitudine iræ & odii. Scias etiam, non eſſe peccata, ob qvæ *Deus* iraſcitur, tantùm ex lege poſitivâ mala & peccata. Sunt naturâ ſuâ talia, & cum deviant à ſpeculo juſtitiæ & ſanctitatis divinæ in lege morali expreſſo, ad. verſantur juſtitiæ & ſanctitati divinæ immutabili & infinitæ. Qvi igitur peccat malitioſè, offendit infinitam DEI juſtitiam & ſanctitatem. Juſtus Judex movetur affectu

fectu iræ & indignitatis ad vindicanda mala pro magnitudine criminis. In peccato autem qvia læditur infinita *Dei* justitia & sanctitas, non potest non etiam *Dei* esse hostilis, flagrantissima, & infinita adversus illud, qvod homo malum committit, indignatio. Hæc ratio fuit, ut justitiæ *Dei* ex peccatis hominum læsæ nulla subjecti finiti sufficere potuerit passio, iram & indignationem *Dei* ex peccatis hominum accensam nulla qvoqve creatura sedare potuerit, sed necessarium fuerit, ipsum *filium Dei* fieri hominem, subjicere se propter homines legi, pati & mori. Hinc etiam fieri videmus, ut nullus hominum, cum finitus sit intellectus, turpitudinem & indignitatem peccati, qvâ infinitam *Dei* justitiam læsit, perfectè possit comprehendere, adeoqve nec odisse perfectè, nec dolere nec conteri de illo perfectè, cum peccatum dignum sit infinito odio. *Deus* etiam odium, iram, & indigna-

tionem ſuam adverſus peccata & contumaces peccatores in *ſcripturâ*, non reticuit, ſed illud multis in locis ad retrahendos peccatores manifeſtavit. Expendamus piè non qvidem omnia, qvædam tamen dicta ſeveritatem indignationis divinæ comprobantia. In *Pſalmis Regius Propheta David* Deum ita alloqvitur: *Tu non es Deus cui placeat iniquitas, id eſt* tibi ô *Deus* valdè diſplicet iniqvitas, impietas: *Non habitabit tecum malignus, non conſiſtent coram oculis tuis*, id eſt diſpergentur injuſti. *Odiſti omnes qui operantur iniquitatem. Perdis eos qui loquuntur mendacium. Virum ſanguinarium & fraudulentum abominatur Dominus.* Significantiſſima & emphatica ſunt vocabula, qvibus Deus dicitur impium odiſſe, abominari. Vocabulum Hebraicum תעב comparativè ſumptum non ſignificare hoſtile odium, ſed minorem & remiſſiorem unius præ altero amorem, poſtpoſitionem alicujus in beneficio

Pſ. 5. v. 4,5,6,7.

cio externæ alteri collatæ excellentiæ, in confesso est, Sic in *Genesi* dicitur, *vidisse Deum, Jacobo Leam esse exosam.* Qvod absit intelligatur de odio hostili, cum explicandum sit comparatè de minore *Leæ.* Sic de *Esavo* & *Jacobo* legitur apud *Prophetam Malachiam*, ex qvo id in Epistolâ ad *Romanos* *Paulus* repetiit: *Jacobum dilexi, Esavum odio habui*; De inimico reprobationis odio qvamvis post *Calvinum* explicet *Piscator* & *Pareus* res ipsa tamen loqvitur, nonnisi comparatè esse intelligenda verba de postpositione in re temporali, prout ipse *Propheta Malachias* interpretatur: cumq; *Esavus* & *Jacobus* stent pro totâ posteritate, seqveretur ex contrariâ sententiâ, omnes *Jacobi* posteros electos, omnes qvoqve Esavi posteros huic hostiliad reprobationem odio involvendos, qvod absurdum est: Qvomodo enim, si ex hostili odio Dei absolutè esset reprobatus, *circumcisionis* Sacramentum.

Genes. 29 *v.* 31.

Malach. 1. *v.* 23. *Roman.* 9. *v.* 13.

Pareus in Actis Schwalbacens part. 2. *p.* m. 98.

Fundam. Deduct. Marpurg. c. 5 von der Heiligung p. m 282 seq. T. 1. Gies. Disp. 15. §. 170, 171. Gerhard. T. 2. L. L. de Elect. & Reprob. §. 88 89. Taufrer. Disp. Apolog. 1. Schroder. in Enchirid post. apod. sept. in anal. c.

Esavo conferri potuit? *Deus*ne putandus est recepisse per illud in fœdus gratiæ eum qvem fatali prosequebatur odio & justitiam fidei obsignasse illi, qvem hostiliter adjudicarat damnationi æternæ? vid. ex Nostris *Fundamental. deduct. Marpurg. T. 1. Gies. Gerhard. Taufrerum*, *Schröderum* & *Danhauerum* & ex *Calvinianis Joh. Gerhard. Vossium* & *Joh. Bergium* nostræ sententiæ conformem dantes explicationem. Similis usus verbi est in *Proverbiis*, in Evangelio *Lucæ* & *Johannis*. Hæc ita qvamvis sese habeant, certum tamen est, idem vocabulum usurpatum absolutè, denotare odium hostile: à LXX. explicatur, per μισέω. *Deus* igitur est, qvi odio prosequitur hostili & infenso omnes qvi operantur iniqvitatem: B. noster *Lutherus* vertit: **Du bist feind allen Uebelthätern.** Illum autem dicitur *Deus* abominari, qvem Deus jure abominatur, & ipsa justitia aversatur ob ea, qvæ in ipso & apud

ipsum

ipsum deprehendit turpia seu mala. Sic gravissima hominum incestuosorum crimina, turpissimæ etiam pollutiones dicuntur in Levitico תועבה *abominatio*: nec non in *Proverbiis* sceleratissimi quiq; homines *Deo abominatio*. Priori *Samuelis* libro Saul Rex impius à *Personato Samuele* asperam hanc & amaram audire cogitur concionem: *Quare me interrogas, cum Dominus recesserit à te, factusq; sit hostis tuus?* Und dein Feind worden ist. De *populo Judaico* tempore *Rehabeami* Regis gravi idololatriæ crimine aliisq; peccatis deficiente à *Deo* dicitur. *Et fecit Jehuda malum in oculis Domini & incitaverunt eum super omnia quæ designaverant Patres eorum in peccatis suis quæ peccaverunt.* In textu Hebræo ויקנאו אתו *ad Zelum & æmulationem moverunt Deum. Deus* etiam ab hoc verbo dicitur קנא *Zelotes.* Denotat hæc vox propriè ardentissimum & flagrantissimum Zelum inde surgentem cum qvis

9. ad Roman. §.77.78 Danhauerus part. 1. Hodom. Spirit. Calvin. p. m. 514 seq. Joh. Gerh. Vossius Hist. Pelag. libr. 7. part. 1. p. 654 655. 656. Joh. Berg. in Tractat. Germ. cui titulus der Will Gottes von aller Menschē Seeligk. *è dicto*

Apoſt. 1. Tim. 2. p. m. 1. 189. 190. 191. Proverb. 13. v. 24. Luc. 14. v. 16. Joh. 12. v. 23. Lev. 18. Proverb. 11. v. 20. Proverb 16. v. 5. c. 17. v. 15. c. 20. v. 10. 1. Sam. 28. v. 16. 1. Reg. 14. v. 22. Exod. 28. v. 5. 1. Reg. 15. v. 30.

timet, vel etiam cognoſcit haberi id ab altero, qvod ſibi vult ex ſingulari & ferventiſſimo affectu cum nemine eſſe commune. Qvi affectus in conjugibus ex flagrantiſſimo amore notatur. *Scripturæ* autem familiare eſt *Chriſtum* vocare *ſponſum*, *maritum*, populum autem ejus *ſponſam*. Eâdem idololatriam aliaq; peccata deſcribit per ſcortationes ſpirituales, qvippe cum ſic homo fidem *Deo* datam frangat, ſicut uxor vel ſponſa amoris affectū à marito vel ſponſo in alium libidinosè transferens fidem conjugalē dicitur deſerere. *Deus* proinde per ἀνθρωποπάθειαν dicitur *Zelotes*, *æmulator*, dicitur *moveri ad Zelum* ob flagrantiſſimam indignationem erga Idololatras aliosq; peccatores fœdus conjugii ſpirituale non cuſtodientes. Sic & *Jeroboamus* impius Rex Iſraelis & auctor cultus idololatrici dicitur peccatis ſuis irritaſſe *Deum*: Sicut & *Ahab* dicitur irritaſſe *Dominum Deum Iſraelis* plus omnibus

bus Regibus *Israelis*, qvi ante eum fuerunt. In textu originali leguntur vocabula הכעיס כעס. Noratur autem eis acerba animi commotio iram indeq́; ortum dolorem molestiasq́; alias includens. Opponi propterea solet risui, ut in libro Coheleth. *Jobus* etiam conqveritur oculos suos caligasse מכעס id est præ indignatione, tristitiâ & dolore, qvem percipiebat vehementiorem ab amicis, qvàm à plagâ hostium & *Diaboli* ipsi in corpore illatâ, omnes vires sensuum & corporis infirmante atqve comminuente. Præcisis illis, qvæ imperfectionem in hominibus sapiunt, notatur ita per hunc loqvendi modum peccatis nostris justitiam *Dei* ad iram, & indignationem & ad pœnarum gravissimarum inflictionem moveri: notatur qvoqve vehemens *Dei* displicentia de admissis peccatis conjuncta cum gratiæ, opis, & donorum subtractione, & pœnarum immissione, qvo sensu Apostolus ad Ephesios scri-

1. Reg. v. 33.

Ecclesiast. 7. vi 3. c. 11 v. 10.

scribit: *Ne tristitiâ afficite Spiritum illum Sanctum Dei.* Apud *Esaiam* qvoqve hæc habentur: *Porro cum ipsi rebellarent & exasperarent Spiritum S. ejus, in hostem conversus est eis, ita ut ipse pugnaret contra eos.* Plura de odio ira & indignatione Dei adversus peccata & peccatores habentur alibi, qvæ jam adducere omnia non vacat.

Eph. 4. v. 30.
Es. 64. v. 20.

CAPUT TRIG. NONUM.

Effectus odii divini adversus peccata & peccatores est justa desertio & derelictio Dei, ex qvâ committuntur tyrannidi cupiditatum, Diaboli, & mundi, qvâ miserè ita vexantur, ut nunqvam vel rarò resipiscant 1. Sam. 28. v. 16.

16. 2. Paral. 24. v. 20, 18. Es. 59. v. 2. Ps. 59. v. 6. 2. Reg. 10. v. 32. Es. 27. v. 11. Jerem. 14. v. 5. Hos. 9. v. 15. Zach. 7. v. 9. qvò pertinet etiam justa traditio peccatorũ contumacium εἰς ἀδόκιμον νοῦν, id est in mentem reprobam: Rom: 1. v. 24, 26, 28 Qvæ explicatur excaussa promerente, & modo, exturpibus effectis, ex permissionis recta consideratione, qvæ non otiosa est, sed cum divina directione & punitione conjun-

juncta. Explicatur, qvantum sit damnum Dei nudari præsidio, à Deo deseri, Deum habere hostem. Id qvod declaratur ex dictis Hos: 9. v. 12. Num. 14. v. 9. 1. Sam. 28, 16. Item ex contrario; Deum qvi habet, in ejus præsidio & ope omnia habet, licet nihil externorum bonorum habeat. Igitur qvi Deum non habet, ejusq; nudatus est præsidio, is, licet omnibus abundet

hujus

hujus mūdi bonis, extremè miser est.

EFfecta hujus odii hostilis varia sūt. Est inter ea non postremū, justa ex voluntate ejus conseqvente & judiciariâ subtractio gratiæ, opis & auxilii divini, in omnibus animæ & corporis necessitatibus, justa desertio & derelictio, ex qvâ committuntur tyrannidi cupiditatum, Diaboli, & mundi, qvâ miserè ita vexantur, ut nunqvam, vel raro resipiscant & è catenis *satanæ* & peccatorum liberentur. *Deus* proinde ob peccata *Saulis* irritatus ad odium hostile, dicitur *recessisse ab eo* scil. influxu gratiæ, opis & assistentiæ divinæ, unde mox secuta est misera in peccatis disperatio & in infernalem locum præcipitatio. *Zacharias Propheta Regem* Judæ populumq; ita inclamat: *Quia deseruistis Deum priores, ita & Deus destruit vos.* Desertio illa *Dei* non est

1. *Sam.* 28. v. 16.

2 *Paral.* 24. v. 20.

est tantum vel exclusivè externa, sed & interna, spiritualis, habens subseqventem sibi damnationem æternam. Patet hoc vel ex eo,

v. 18. qvod hæc desertio qvam minabatur *Zacharias*, sit pœna idololatriæ,

1. Cor. 6. v. 13. Gal. 5. v. 20. 21. de qvâ in antecedentibus agitur. Est autem Idololatria exclusiva regni divini, vel excludit homines in eâ perseverantes totaliter etiam à regno Dei. *Propheta Esaias* hæc

Es. 59. v. 2. habet: *iniquitates vestræ divellunt inter vos & inter Deum vestrum, & peccata vestra abscondunt vultum ejus à vobis, ne exaudiat.* Audi &

Jerem. 15. v. 6. aliam severam *Dei* comminationem apud *Prophetam Jeremiam*: *Tu deseruisti me, dicit Dominus & retro abiisti, extendi ergo manum*

Ps. 59. v. 6. 2. *meam super te & disperdidi te, fatigatus sum pœnitendi.* B. noster

Reg. 10. v. 32. *Lutherus*: Ich bin des erbarmens müde. Non mutabo sen-

Es. 27. Jerem. 16. v. 3. tentiam in te perdendo ob peccata tua. Confer in margine citata

Hos. 9. v. 15. similia *scripturæ* dicta, ex qvibus constat *Deum* interdum peccatis

ad

ad indignationem ita moveri, ut ex voluntate suâ κριτικῇ judiciariâ & consequente deserens contumaces peccatores, non velit illorum imposterum misereri. Pertinet huc justa *traditio* hominum impiorum facta *cupiditatibus cordium ipsorum*, fœdis *affectibus* item εἰς ἀδόκιμον νοῦν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα id est in *mentem reprobam vel omnis judicii expertem, ut faciant, quæ minimè convenitbant*, de qvâ in epistolâ ad *Romanos* hisce verbis agit S. *Apostolus Paulus*: *Quamobrem eos tradidit Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem, ut fœdarent corpora sua inter se.* Item *propterea tradidit eos Deus fœdis affectibus: Nam & fœminæ illorum transmutarunt naturalem usum in eum, qui est præter naturam: Similiter etiam masculi relicto naturali usu fœminæ exarserunt suâ libidine alius in alium, masculi in masculos fœda perpetrantes* item, *sicut non visum est eis Deum in notitiâ retinere, ita tradit eos Deus in mentem omnis*

Zach 7. v. 9.

Rom. 1. v. 24, 27 28.

judicii expertem, ut facerent, quæ minimè conveniebant. Oppleti omni injustitiâ, scortatione, improbitate &c. *Nota 1.* traditionem hanc in cupiditates cordium, in fœdos affectus, in mentem reprobam & judicii expertem &c. præsupponere causſam promerentem hujus trꝛditionis, qvæ in ipso textu turpis & nefanda idololatria, nec non contemptus notitiæ divinæ fuisse dicitur. Absit enim, ut *Deus* insontem & nihil tale promeritum hoc modo tradat, qvod divinæ in *scriptura* passim manifestatæ misericordiæ & justitiæ esset contrarium. Augustinus inqvit: *Nunquam Deus deserit hominem, nisi prius ab homine deseratur, semel secundò & tertiò gravia peccata committente, & Domino nihilominus illum exspectante.* Item alibi. *Nihil invenio delectabilius Deo, Deus non est, qui te offendat, si tu eum non offendas. Nota 2.* causſam hujus traditionis, minus rectè statui impietatem parentum, cum nihil certius

Augusſt. serm. 88 de tempore, Augusſt. 110. in libro quinquaginta homiliarum, homil. 38. p. m. 171. c. 3.

sit,

sit, qvàm eos, qvos *Deus* à se desertos *Diabolo* indurandos tradit, id promereri propriis suis facinoribus & delictis, in qvibus incorrigibiliter perseverant, qvâ de re videatur B. Dominus D. *Feurborn*, *Nota 3.*, traditionem hanc se habere non ἐνεργητικῶς effectivè, sed συγχωρητικῶς permissivè, sicut in *Psalmis* explicatur: *Permisit eos in pravitate cordis eorum, ut ambularent in consiliis suis.* Sic qvoqve explicant antiqvi Patres *Chrysostomus*, *Theodoretus*, *Ambrosius*, *Theophylactus*, aliiq,. Placet majoris lucis ergo addere similia ex *Patrum* scriptis petita. Qvorum primum est *Chrysostomi* desumptũ à *Patre* benigno *filii* planè degeneris. *Quemadmodum*, inqvit, *si Regius filius eâ patrem affecerit ignominiâ, ut crebro cum latronibus & homicidis sepulchrorumq; spoliatoribus esset, quæque illorum essent, præ paternâ eligeret aula: Quem cum Pater nullo modo posset à sententiâ revocare, relinqueret, ut & per experientiam*

Feurborn fasc. 2. disp. 3. p. m. 164 Ps. 81. v. 13.

propriæ stultitiæ excessum agnosceret. Secundum est *Theophylacti* desumptum à *Medico*, qvi arte suâ occupatus est circa ægrotum immorigerum. *Quemadmodum*, inqvit, *Medicus succurrens laboranti, deinde videns ipsum inordinatè inepteq; se gerentem, haudq; diætæ observantem & immorigerum sibi: tradit eum ut vehementius ægrotet, pro eo quod eâ deserit eum & permittit ut suæ voluntati indulgens à morbo minimè recreetur.* Tertium est *Chrysostomi & Isidori Pelusiotæ* desumptum à Duce exercitus milites rebelles & immorigeros deserente. *Tradidit id est permisit reliquit nudatos suo auxilio & præsidio, non aliter quam imperator aliquis milites, qui mandatis ejus parere detrectant, prælio ingravescente deserit retrocedens discedit, hostibus tradit haudquaquam illos impellens, sed dimittens eos* suâ sapientiâ, consilio &assistentiâ destitutos. *Nota* 4. hanc traditionem esse conjunctam cum fœdis & turpibus facinoribus, cum faci-

facile sit *Satanæ* homines à *Deo* desertos, á se autem catenis vinctos, & à propriâ cupiditate actos, impellere ad omnis generis crimina, qvorum qvædam ab ipso *Apostolo* exprimuntur. *Nota quintò*, hanc permissionem *Dei* ab humanâ permissione multum distare, adeoqve non esse otiosam, ut temerè cavillatur *Beza*, sed cum divina directione, desertione & punitione conjunctam. Licet namq; *Deus* ex justo judicio *Epicuræis* verbi sui contemptoribus peculiarem illam gratiæ suæ præsentiam & virtutem subtrahat, non desinit tamen etiam ipsis desertis præstare universalem conservationis & beneficiorum corporalium benignitatem. Prohibet etiam severè crimina, qvibus impii dediti sunt, cohibet insuper ne latius vagentur, dirigit etiam ad istiusmodi fines, ut Gloria nominis sui illustretur & fidelibus suis in emolumentum cedant. Expende autem qvantum in eo sit damni, *Dei* præsidio nudari, à

ri, à *Deo* deseri *Deum* habere hostem, ejusq; in necessitatibus corporalibus ope & auxilio privari.

Hos. 9. v. 12. *Væ eis*, inqvit ipse *Deus*, cum recessero ab eis. Indicat hâc comminatione *Deus*, omnium malorum summam esse in suâ discessione. Gradatione namq; utitur. Primò comminatur ἀπωλειαν: Secũdo comminatur, etiamsi enutrierint liberos, orbationem, filiis scil. per mortem immaturam ex hâc vitâ sublatis. Seqvitur tandem comminatio hæc omnium gravissima: *Væ eis, cum recessero ab eis.* Cum *Dei* discessione proinde discedit omne bonum, omne auxilium, omne solatium, omne præsidium, omnis fiducia, omnis spes. Unde & cum reliqvis exploratoribus in terram *Canaan* missis *Josua* & *Caleb*, illis difficilem ac ferè impossibilem dicentibus occupationem terræ, adeoq; populo ita fiduciam omnem adimentibus, hi duo animum vicissim illi addere volebant ex eo, qvia populus *Israel* in *Deo* haberet

beret præsidium, adeoq; deletio eorum sit futura facilis. In qvem sensū &personatus *Samuel* Sauli ob instās cum *Philistæis* prælium anxio dicit: *Ut quid interrogas me cum Jehovah recesserit à te, & factus sit hostis tuus?* Omnes, vult dicere, conatus tui erunt frustranei, nullum tibi supereſt in cœlo & terrâ præsidium, solatium in anxietatibus tuis frustra & sine effectu qværis, miser reverà es, cum, in qvo est unicum præsidium, solatium, fiducia & spes recesserit à te, *Deus* scilicet, qvi jam factus est hostis tuus. A contrario id qvoqve illustratur. In *Deo* ejusq; præsidio & ope, *pius* omnia habet, licet nihil habere videatur. Infirmus omniq; robore & ope destitutus humanâ, fortis tamen est & robustus, nihilq; timens licet ab infinito hostium agmine oppugnetur. Est namq; *Deus* inexhaustus omnium bonorum fons. Igitur qvi *Deum* habet, perditis omnibus opibus, dives satis est; amisso honore & perditâ di-

Num. 14 *v. p.*

1. *Sam.* 28. *v.* 10.

gnitate, qvâ inter homines eminebat, honore dignitate & excellentiâ omnibus *Regibus* & *Principibus* major est, corpore afflictus, sanus est, catenis & vinculis constrictus, in Deo libertatis suæ custode, veram habet libertatem, despectus & incognitus mundo, *Deo* gratus & notus est, omni destitutus inter homines præsidio & solatio, in *Deo* inexpugnabile & tranqvillum habet refugium, non habens unde in hoc mundo gaudeat & glorietur, in *Deo* suo qvàm maxime lætari & gloriari potést: amissâ deniqve vitâ ipsâ, *Deo* tamen vivit. Sic namq; habent etiam *Apostoli Pauli* in posteriori ad *Corinthios* verba, *ut ignoti & tamen noti: ut morientes, & ecce vivimus: ut qui castigamur, nec tamen occidimur. Ut dolentes, semper tamen gaudentes, ut pauperes, sed multos ditantes, ut nihil habentes, sed tamen omnia habentes.* *David* fugiens à facie *Absolonis* & innumeræ multitudinis qvæ cum eo erat, in

2. Cor. 6. v. 9, 10

Ps. 3. v. 1. seq.

Deo

DEO tamen tanqvam præsidio suo gloriabatur. *Quàm multi sunt*, inqvit, *O Domine, hostes mei, quàm multi qui adversus me insurgunt. Multi dicunt animæ meæ. Nulla est isti salus in Deo, sela. At tu Domine clypeus es pro me, id est protegis me, defendis me, pugnas pro me, es quoq; gloria mea*, id est largam mihi in tua assistentia suppeditas gloriandi materiam, *caput quoq; meum extollis*, id est me tristitia & mœrore confectum, in te lætificas. *Ego jacui & dormivi atq; evigilavi, quoniam Dominus me suffulcit. Non metuo à decem millibus populi, qui circumquaq; me obsident. Surge Domine, serva me Deus meus. In alio* inqvit *Psalmo. Asylum erit Dominus oppresso, asylum inquam tempore afflicto. Assaphus Psalmo 73.* cœlum & terram nihil æstimat præ DEO, & *licet consumatur vel deficiat caro & cor ejus, in Deo tamen unicè confidit tanquam petra cordis sui & portione suâ in æternum.* B. Noster Lutherus emphaticè sic reddidit: Weñ

Ps. 9. v. 9

Ps. 73. v. 25. 26.

ich

ich nur Dich habe/ so frage ich nichts nach Himmel und Erden. Wenn mir gleich Leib und Seel verschmacht/ so bistu doch GOtt allezeit meines Hertzens Trost und mein Theil. Nota est *Philosophi* illius *Thebani* gloriatio, qvi incensa & direpta civitate, nihil sibi periisse dicebat, sed omnia sua secum portare, eò qvod *Philosophiæ* disciplinam in illo communi incendio non amisisset. *Seneca* viri nomen & circumstantias alias exprimens, in epistola qvadam admodum præclarè in ejus laudem scribit. *Stilpon, quem Epicuri epistola insequitur, captâ patriâ, amissis liberis, amissâ uxore, cũ ex incendio publico solus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, numquid perdidisset? Omnia, inquit, bona mecum sunt. Ecce vir fortis ac strenuus, ipsam hostis fui victoriam vicit. Nihil, inquit, perdidi. Dubitare illum coëgit, an vicisset. Omnia mea mecum sunt.*

sunt. Justitia, virtus, temperantia, prudentia; hoc ipsum nihil bonum putare, quod eripi possit. Miramur animalia quædam, quæ per medios ignes sine noxa corporum transeunt: quantò Hic mirabilior vir, qui per ferrum & ruinas & ignes illæsus & indemnis evasit? Vides quantò facilius sit totam gentem, quàm unum virum vincere? Hæc vox illi est communis cum Stoico. Æquè & Hic intacta bona per concrematas urbes fert. Se enim ipso contentus est, hoc felicitatem suam fine designat Hæc *Seneca.* Qvantò magis ita glorientur illi, qvi omnium bonorũ fontem, nullis fortunæ casibus objectum, *Deum* scilicet, intra se habent? Serpentes dicuntur totum corpus ictibus & vulneribus exponere, ne caput, unde vita manat, ullo modo lædatur. Caput nostrum *Christus* est, in qvo, licet omnia sese malè habeant, vitam omniaq; bona habemus. *Eucherij* ad *Valerianum* notanda sunt verba. *Proinde omnia dicta factaq; tua ad Deum*

Lucius Annæus Seneca T. 2. epist. 9 ad Lucilium p. m. 25.

Deum vel propter Deum dirige. Unus Hic portus est, in quem nos ab omni fluctantis seculi jactatione referamus: Hic statio fidelissima & quies certa. Hic blanda tranquillitas serenum renidet. Hæc cum fueris dilatus, tutò navis tua post inanes labores hic ad crucis anchoram fundata retinebitur. Hæc ille. Qvid exinde aliud seqvitur, qvam extremè esse miseros, qvorum DEUS facta ob incorrigibilem impietatem desertione factus est hostis? *Germanorum* veritati conforme dictum est: Guht verlohren/ nichts verlohren. Muht verlohren/ viel verlohren/ GOTT verlohren alles verlohren.

CAPUT QVADRAGESIM.

Mala, qvæ peccatum indeqve orta Dei desertio hominibus attrahit. Gottschalcus Holen tripliciter ea esse con-

considerandaait. 1. in vita 2. in morte 3. post mortem. Dicendum est, mala alia esse privativa alia Positiva. Ad Privativa pertinet Primò amissio imaginis divinæ. 2. Privatio meritorum Christi Passione & morte ejus acqvisitorum. 3. Privatio Spiritus Sancti & donorum ejus. 4. Privatio Paternæ & specialis divinæ providentiæ. 5. Privatio justitiæ Christi per fidem jam anteà imputatæ & Remissionis

sionis peccatorum jã semel factæ. Ostenditur contra Scholasticos peccata redire illis, qvi impetratâ eorum remissione denuo hisce se implicant. 6. Oblivio & obliteratio apud Deum illorum omnium, qvæ in statu gratiæ constituti bona feceramus, & DEUS jam per fidem in Christum grata & accepta habuerat. 7. Displiscentia divina omnium operum externam &

plau-

plausibilem bonitatis speciem habentium.

Multa qvæ hic fusè dici poterant, in pauca eaq; summa capita contraham. *Gottschalcus Holen* mala inde emergentia tripliciter considerand esse rectè observat: 1. in vita, 2. in morte, 3. post mortem. Addimus, mala alia esse privativa, alia positiva. Ad privativa mala ex peccato indeqve facta desertione *Dei* ortum trahentia, qvibus impii exposti sunt, pertinet 1. amissio imaginis DEI, ad qvam omnes in *Adamo* eramus conditi: eâqve prohdolor! propter lapsum primorum nostrorum parentum, in qvibus & nos peccavimus, sumus spoliati, unde & in mundum nascimur nudi, & carentes gloria, qvæ coram DEO in nobis esse debebat, in ignorantia & occœcatione intellectus, de pravatione voluntatis, & appetitus, omniumq; virium Qvæ nuda ἐρη-

Gottschalcus Holen. super Epistolas Dominic. Domin. 1 Adventus serm 3.

σις & privatio, cum qva tamen conjuncta est positiva peccati qvalitas, ut mox dicetur, etiam meretur iram & indignationem DEI, pœnamq; inde manantem temporalem & æternam. Pertinet 2. privatio meritorum *Christi* passione & morte ejus acqvisitorum. Restituit *Christus* obedientia & passione sua ἱλαστικῇ & satisfactoria omnia, qvæ in *Adamo* perdidimus: in qvo solo proinde tanqvam unico *Mediatore* ex Scripturæ sententia constante est salus hominum & vita æterna. Ast homo propter peccata à DEO desertus, privatur etiam efficacia actuali mortis *Christi* pro omnibus mundi delictis sufficienter & efficaciter, si *Deum* ejusq; gratiosam voluntatem, sanguinis & mortis *Christi* pretium, & benignam per verbi præconium oblationem spectes, toleratæ. Inæstimabilis hæc & irrpearabilis jactura est hominis peccatoris à Deo deserti, unde non malè dixerunt qvidam, modò rectè teneantur in

pra-

praxi *Melius esse homini, eligere* τὸ *esse in inferno absque peccato, quam* τὸ *esse in cœlo cum peccato mortali*: cum summa miseria sit illorum, in qvibus perdita est mors *Christi*. Pertinet huc 3. privatio *Spiritus Sancti* & donorum ejus. 4. Specialis & paternæ *Dei* providentiæ & curæ, unde fit sæpius, ut omnium hostium spiritualium & corporalium nocendi libidini & tragicis casibus sint expositi. 5. Pertinet huc privatio justitiæ *Christi*, per fidem jam antea imputatæ, & remissionis peccatorum jam semel factæ. Qvamvis namq; *Scholastici* negent, peccata semel remissa redire eadem nec qvoad culpam nec qvoad pœnam, directè & integrè, sed tantùm indirectè & aliqvo modo, in qvantum peccata seqventia graviora sunt & damnabiliora propter indultæ pietatis & gratiæ ingratitudinem, & propter recidivum in eadem mala, sicut & vulnera reiterata sunt periculosiora, ut loqvitur *Dionysius Carthusia-* *Dionys.*

Carthus. serm. circa Domin. 22. post Trin f. m. 363. B. & serm. 5. f. m. 366. Johan. de Turrecrema 1. Dom. 22. post Trinit. Quæst. 2. Matt. 18. v. 24. seqq.

nus, cũ qvo conferri meretur Cardinalis *Johannes de Turrecremata*: Certum tamen est, ex Parabolâ *Regis* & magni illus *debitoris*, cui ille hujus misertus totum debitum remisit, postea verò ob crudelem in conservum immisericordiam, idem ille fuit redditus iratus, tradens eum tortoribus, qvoad usq; redderet totum debitum, qvod ante gratis & misericorditer remiserat, *Deum Patrem* cœlestem ad eundem modum facere illis (non tantùm ex jure summo posse facere sed ποιήσει faciet) non, qvi putativè tantum & apparenter, sed verè & realiter fuerunt fideles, ut *Petrus*, qvem nominatim alloqvitur, qvibus scil. post factam remissionem pecatorum, in recidivam incurrentibus priora jam remissa debita iterum revocat & imputat, qvæ omnino & directa & integra remissionis semel factæ irritatio est. Notanda sunt hæc *Augustini* verba: *Nemo contra se teneat non-ignoscendo, ne contra illum teneatur quando orat*

orat. *Dicit enim Deus, dimitte & dimittetur tibi. Si ego prior dimisi, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris revocabo te & quicquid tibi dimiseram, replicabo tibi. Non enim mentitur veritas, non fallit aut fallitur Christus, qui subjecit dicens: Sic & vobis.* Pertinet huc 6. oblivio & obliteratio apud *Deum*, illorum omnium, qvæ in statu gratiæ constituti bona fecimus & *Deus* per fidem in *Christum* grata & accepta habuerat. Nullam vult *Deus*, postqvam ab eo per incredulitatem & peccata mortalia defecimus, postqvam irritatus nostris delictis discessit à nobis, eorum habere rationem, licet pulcherrima fuerint visa in oculis *Dei*, tunc qvando *Christo* per fidem inserti bona hæc & *Deo* placentia fecimus. Hoc *Deus* totidem asserit verbis apud *Ezechielem*: *Si averterit se justus à justitiâ suâ, & fecerit iniquitates secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, omnium justitiarum suarum quas fecit, nulla erit* Ezech. 18. v. 24.

recordatio, in transgressione suâ, qua transgressus est & in peccato suo, quod peccavit, in his morietur. David post adulterium & homicidium obliteratis omnibus, qvæ instatu Gratiæ fecerat, operibus bonis, audit *filius mortis.* *Petrus* post trinam abnegationem, spoliandus erat fructu omnium, qvæ antea bene fecerat, & æternùm excludendus e regno cœlorum, nisi egisset pœnitentiam. Imò & ipsa B. Virgo *Maria*, qvæ *filium Dei* genuerat, & virtutibus multis fuit præ omnibus decorata, qvamvis non planè sine peccato, excludenda foret regno cœlorum & *Diabolis* in inferno mancipanda, perdito fructu omnium bonorum operum, si absqve pœnitentiâ in peccato mortali decessisset. Sic totidem verbis ipsi *papatus* scriptores, qvibus aliàs religio non est, Mariam ut *Deam* aliqvã ipsi *Deo* æqviparare, imò nonnunqvam anteferre. Sic in *Revelationibus Brigittæ Dæmonum ad filium Dei* justum hæc introducuntur &

2. Sam. 12. v. 7.

Revelat. Brigittæ lib. 4. c. 7. p. m. 312.

appro-

approbantur verba. *Plus dicimus, si res illa, quam præ omnibus diligis, quæ est virgo, quæ te genuit, & quæ nunquam peccavit, si inquam illa peccasset mortaliter, & sine contritione divinâ mortuâ fuisset, sic diligis justitiam, quod anima ejus nunquam obtineret cœlum, sed esset nobiscum in inferno.* Hæc h. l. Probo proinde hæc *Gottschalci Holen* paulò ante citati verba: *Si tot opera quis haberet & virtutes, quot Paradisus habet nobiles arbores, flores, herbas & radices: Item, quot cœlum habet stellas, quot mare guttas, hæc omnia per unum peccatum mortale pereunt, quod patet Ezech. 18. Si justus averterit se à justitiâ suâ & fecerit iniquitatem, omnes justitias, quas fecit, non ero memor amplius.* Hæc ille l. c. Pertinet huc 7. displicentia divina omnium operum, qvæ qvis magnâ cum industriâ, magnô cum labore, ingenti opum suarum profusione, imo & mortis perpessione facit, externam & plausibilem bonitatis speciem habentium, qvæ omnia tamen

tamen fructum apud *Deum* habent nullum, qvamdiu qvis uni etiam involutus peccato proæretico *Dei* desertor meretur dici, & à *Deo* propter illud peccatum est desertus. Insidet, qvod deplorandum est, multorum cordibus fatuosa hæc *Pharisæorum* opinio, eum qvi plura communiter observat præcepta, justum esse apud *Deum*, etsi præceptorum paucorum deprehendatur transgressor, vel etiam uti *Hottingeri* habent verba, *adjudicandam esse salutem ex mutilâ licet & imperfectâ legis observantiâ.* Hinc videas multos ebrietati, libidini, luxui, injustitiæ, detractioni, deditos, esse in templis cũ aliis frequentes accedentes etiã ad *Ecclesiã* cũ externâ devotione, esse in eleemosynâ liberales sub spe, fructum horum operum, qvæ externâ specie bona sunt, non periturum, licet sordes peccatorum adsint aliæ, qvibus multum commaculantur. Pestilens hæc est opinio, & astutum antiqvi *Draconis* Stratagema, qvo

Hottingerus Hist. Eccles. part. 1. cap. 1. p m 5. & 8.

qvo pluri mi *Christianorum* hodiernorum seducti inq; diem temerè viventes præcipitantur in inferni foveam, cum nihil certius sit, qvàm omnia peccatoris malitiosi & contumacis, propterea q; à *Deo* deserti opera bona displicere *Deo*, etiamsi numerus eorum superet stellas aut arenam maris, & in solis lumine volantes atomos. *Non est enim conventio Christi ulla cum Belial, non justitiæ cum injustitiâ, non lucis cum tenebris adeoq;* nec ullus bonorum operum externorum gratiosus apud *Deum* est respectus, si qvando illa perficiuntur ab homine propter peccata proæretica & malitiosa *Deum* irritante. *Absq; fide*, dicit *Apostolus*, *impossibile est, ut quis vel etiam quid placeat Deo.* Perit igitur homini peccatori proæretico omnis divina complacentia, & inde orta remuneratio Evangelica, etiamsi opera bona externa multa edat, cum absqve fide fiant. Est opus bonum, omnia sua qvæ suppetunt, insumere alendis

2. Cor. 6. v. 14, 15.

Hebr. 11 v. 11. 6.

dis egenis, admirationem magnam habet, tradere corpus suum comburendum, ideſt pro veritate fieri Martyrem, & omnia potius ſupplicia, etiam, qvod ſummum eſt, vivi comburii ſuſtinere, qvam ut veritas abnegetur, & tamen fieri poteſt, ut illa non placeant *Deo*, non proſint illi, qvi ea vel facit vel patitur, ſi absqve charitate eſt dicente *Apoſtolo* : & qvid profutura putemus opera externam ſpeciem bonitatis habentia illis, qvi non tantum defectum habent charitatis, ſed & peccata commiſſionis multa perſeveranter committunt, nec lacrymis, precibus, admonitionibus ullis à malo avocari poſſunt? Referendum huc etiam, qvod in Epiſtola S. Jacobi Apoſtoli legimus: *Quisquis totam legem ſervaverit*, impegerit autem in uno, nimirum, uti ex ſeqventibus patet, vel in adulterii & ſcortationis vel in homicidii crimine, vel etiam in ullo alio, omnibus tenetur, non qvidem ac ſi in uno peccato omnia

1. *Cor.* 13. *v.* 3.

Jacob. 2. *v.* 10.

mnia speciatim concurrant, sed qvod in qvâvis parte transgressionis tota lex violetur, & in qvolibet peccato conjunctus sit fomes omnium peccatorum, nempe originalis concupiscentia, uti explicat B. Noster *Höpfnerus*. Unde fit, ut coram Deo omnia bona inficiantur, Deoq; displiceant. In Musicis si qvis semel vel unâ chordâ aberret, jam tota harmonia turbata est: sic in eo qvi vel semel, proæreticè peccando, à Deo descivit, harmonia *Christianismi* tota jam turbata est. Avis in laqveum cadens, si vel ungue solùm teneatur, libertate amissâ vincta manet non minus, qvàm si toto corpore constricta esset: sic & qvisqvis in unum aliqvod mortale peccatum lapsus est, perditâ gratiâ Dei, amissâ fide, omniumq; operum bonorum externorum fructu annullato, totus qvantus qvantus est, captivus redditur *peccati & satanæ*, & mancipium gehennæ, nisi actâ pœnitentiâ ad pristinam redierit libertatem,

Höpfnerus Disp. 2. de justificat. p. m. 128

& Gratiæ divinæ statum. Gregorius M. ait: *Neque enim bona accepta Deo sunt, quæ ante ejus oculos malorum admixtione maculantur.* Item alibi: *Aliquando homo perversus quædam rectè agere videtur, sed per ea, quæ iniqua sunt, etiam ea, quæ recta sunt, destruuntur. Et quia Deo multum displicent mala, neque illa placent, quæ videntur bona. Qui ergo in malis suis Deo abominabilis est, in bono est inutilis, quia dum se per mala opera Deo execrabilem exhibet, nec illud de eo, quod rectum videtur, placet.* Hæc Gregorius. Cum qvo conferri opto elegantem discursum *Johannis Carthagenæ* in homiliis Catholicis. Insanum autem dixeris eũ in vitâ communi vel civili, qvi in damnũ suum destruit, & perdit illa, qvæ bona fecit: & an non extremæ sit insaniæ genus, eorum qvæ pro *Gloria Dei* patimur, qvæ bona agimus, peccatis proæreticis reddere fructũ inutilem & nullum?

Gregorius M. T. 1. lib. 1. in Jobum p. m. 4.

Gregorius M. lib XIII. Expos. Moral in Job. c. 18. p. m. 419.

Joh. Carthageua homil. Cathol in universa religione Christian. arcana lib. 4. homil. 1. p. m. 251. 252.

CAPUT QVARAG. PRIM.

Ad mala privativa pertinet

tinet octavò etiam exclusio à communione Ecclesiæ & bonorum ejus. Ostēditur, qvanta sit in hac exclusione jactura. Qverela de sublata ferè disciplina Ecclesiæ, qvoad exclusionem notoriorum peccatorum ex communione Ecclesiæ. Causa hujus ἀταξίας esse dicitur nimia stat⁹ Ecclesiastici depressio: abolitio suffragiorum Ecclesiæ & Seniorum laicorum, nec non καινοτομία magnatū, omnia Eccle-

Ecclesiæ jura ad se trahentium. Orta hinc esse dicitur tanta confusio, ut videatur inemendabilis: emendatio & correctio hujus confusionis cum Zelo audaci & imprudenti conjuncta Ecclesiæ nociva est, cum modestia & prudentia tempori cedens, nec tamen vel veritati vel pietati vel officio sacro præjudicans rem Ecclesiæ sustentat & auget. Additur impios manentes in communio-

nione Ecclesiæ externa, excluſos tamen eſſe à communione interna & participatione bonorum ſpiritualium & æternorum. Joh. 15. v. 6.

PErtinet huc octavò excluſio à communione *Eccleſiæ* & bonorum ejus. Noli, *quisquis es*, vilipendere *Eccleſiam* & communionem ſanctorum: cum juxta celebre *Antiquitatis* dictum, *non poſſit Deum habere patrem, qui non habet Eccleſiam matrem. Una enim*, inqvit *Cyprianus, eſt mater fœcunditatis, ſucceſſibus copioſa. Illius fœtu naſcimur, illius lacte nutrimur. Spiritu ejus animamur. Hæc nos Deo ſervat, hæc filios Regno, quos generaverat, aſſignat. Quisquis ab Eccleſiâ ſegregatur, adulteræ jungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur. Habere jam*

Cyprian. in libr. de unit. Eccleſ. p. m. 254.

jam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet matrem. Adde hæc *Augustini* verba: *Nihil sic formidare debet Christianus quã separari à corpore Christi, quod est Ecclesia utiq; una Catholica. Sic enim separatur à corpore Christi, non est membrum ejus. Si non est membrum ejus, nec vegetatur Spiritu ejus. Quisquis autem Spiritum Christi non habet, non est ejus. Per communionem Sanctorum* etiam credentes studeant, juxta dictum *Apostoli* servare *unitatem Spiritus per vinculum pacis.* Ad illam accuratè observandam inculcatur 1. unitas corporis, per qvam omnes, qvi in communione illâ spirituali & mysticâ sunt, etiam unius corporis Mystici membra sunt, 2. unitas Spiritus, qvi etiam velut Spirituale vinculum credentes inter se & cum *Christo* unit, velut cum anima Domina corporis cuncta animat & vivificat; 3. una spes vocationis, qvæ in *Christo* est, vita æterna omnibus perseveranter credentibus proposita. 4. unus Dominus

Augusti. Tract. 27. in Joh.

Eph. 4. v. 3. seq.

scil.

scil. *Jesus Christus*, 5. una fides, 6. unum Baptisma, & 7. unus *Deus & Pater omnium*. Excidens igitur *communione*, rupto vinculo pacis, perdit unitatem corporis, Spiritus, spei, per vocationem propositæ, justitiæ & meritorum passione *Christi* partorum, excidit etiam fidei dono, & *Baptismi* usu, nec non filiatione *Dei* gratuitâ, qvæ omnia reliqvis juncta bonis, cœlo & terrâ sunt longè præstantiora. Illa autem sunt, proh dolor! nostra tempora, ut, qvemadmodum exclusio ex *Ecclesiâ* & communione ejus sub *papatu* degeneravit in meram Tyrannidem & animarum carnificinam, ita in nostris *Ecclesiis* usus clavis ligantis ferè exoleverit, nec ullum fere piorum & credentium à contumaciter impiis observetur discrimen: qvod factum illic per nimiam exaltationem *status Ecclesiastici*, hìc per ejus nimiam depressionem, nec non per sublata penitus suffragia *Ecclesiæ*, vel, qvi hujus vices olim laudabiliter sustinebant, *Seniorum Laicorum*, item qvod maximum est, per καταχρησιαν *Magnatum* omnia *Ecclesiæ* jura ad se trahentium. Hinc est qvod boni omnes conqverantur de ἀταξίᾳ in omni statu, de tantâ scelerum & criminum abundantiâ, ut suspiriis & precibus liceat qvidem

de-

desiderare adventum diei, qvo *Dominus* facturus est finem *satanicæ* & plus qvam *Babelicæ* confusionis, sperare autem & tentare emendationem minus sit futurum Ecclesiæ tutum & utile. Qvod qvi parum considerant, regiminis *Ecclesiastici* prout prudenter administrari debet, ignari ex Zelo præpostero illos, qvi sacra obeunt officia, incusant, qvasi officii & potestatis suæ minus essent memores, melius facturi si nostris sua jungerent suspiria, qvam ut incitent ad Zelum imprudentem & Ecclesiæ nocivum illos qvorum limitata & arctata est ex antedictis potestas. Audaci & imprudenti Zelo in usu clavis ligantis adversus potentes hujusmodi usum esse nocuit *Ecclesiæ* sæpius, cum modestia & prudentia tempori cedens, nec tamen vel veritati, vel pietati vel officio sacro præjudicans, rem *Ecclesiæ*, ruinæ proximam vel sustentaverit vel auxerit. Manet interim certum, impios qvi retinent communionem *Ecclesiæ* externam, exclusos tamen esse à communione ejus *interna* & participatione bonorum spiritualium & spe æternorum. Qvo pertinent *Christi* verba: Nisi qvis in me manserit, abjectus extra vineam statim ut palmes arescit, deinde coguntur isti palmites & in ignem abjiciuntur & ardent.

Joh. 15. v. 6.

CAPUT QVAD. SECUND.

Huc qvoqve pertinet nonô Privatio Benedictionis divinæ in acqvisitione & usurpatione bonorum temporalium. Qvanqvam enim impii interdum habeant omnium rerum copiam, reddunt tamen se indignos usu omni temporalium bonorum etiam Panis, qvo vescuntur. Refe-

renda huc est Decimò Privatio custodiæ Angelicæ. Sãcti, casti & humiles exscripturæ sententia dicuntur illi, qvi fruuntur Angelorum custodia, cum è contra impii peccatis suis Angelorum bonorũ se ipsos Privent Excubiis. Exponitur ingens periculum & miser status impiorum, qvibus subtracta est Angelica custodia.

PErtinet huc nonò privatio benedictionis divinæ in acqvisitione & usurpatione bonorum temporalium. Qvanqvam enim ex

doxi-

δοκιμασίᾳ divinâ tententur hìc etiam pii, qvi sæpius omnium rerum temporaliũ affliguntur inopiâ, impiis etiam abunde omnia suppetant; inqvo illi habent occasionem, suam in verâ animi fiduciâ, virtute Dei fulciendi constantiam, *hi* autem aliqvando nullam habebunt excusationem; tamen cùm in *Christo omnes promissiones*, ad qvas etiam bona temporalia spectant, *sint ita & Amen*, dicente *Apostolo*, impii, qvia extra *Christum* & fidem ejus sunt, dignos se reddunt, qvibus DEUS subtrahat omnem in rebus etiam temporalibus benedictionem, felicem consiliorum & laborum successum, usum etiam cibi & potus & vestium, licèt, qvæ est magna DEI benignitas, & hisce non destituantur bonis, qvibus ex turpi & pudendâ animi ingratitudine ad *Dei datoris* injuriam, *Ecclesiæ* scandalum, animæqve suæ damnum abutuntur. Unde & à *Gottschalco Holen* rectè dictum Est: *Impius indignus est, ut utatur temporalibus*

2 Cor. 1. v. 20.

libus bonis, qui ante peccatum dignus erat cœlo & cœlestibus bonis, per peccatum non est dignus pane, quo vescitur &c. Pertinet deniqve decimò privatio custodiæ *Angelicæ:* cùm *Angeli* sint sancti, justi, & humiles spiritus, DEI celebrantes & qværentes gloriâ, cæleste habentes domicilium, in qvo indesinenter vident faciem DEI, custodiâ id circo horum fruuntur etiam ii, qvi Sancti, casti & humiles sunt, & divinæ gloriæ intenti cœlestia fide & piâ devotione meditantur. Ii autem, qvi fœtore peccatorum DEUM ad iram provocant, impiâ, libidinosâ, impurâ vitâ eos propellunt, non secus ac fumus apes & fœtor columbas pellit. Qvibus autem præsidiis, *ô homo peccator*, hâc nobili custodiâ privatus tutus eris? Habes te undiqvaqve circumvallantia *Dæmonum* agmina, qværentium instar leonum rugientium te devorandi & deglutiendi occasionem. *Dic mihi*, num *tu* illa cogitans, de custodiâ exèrcitus cœlestis, certus

Ps. 34. *v.* 8.
Ps. 91. *v.* 11, 12.
Heb. 1. *v.* 14.
1 *Petr.* 5. *v.* 8.

ex

ex verâ cordis fiduciâ cum *Eliſæo Prophetâ* dicere poteris: *Non timebo, quia mecum plures ſunt!* Varii ſunt caſus, qvos ſæpius in vitâ tuâ, ex juſtâ Dei irâ, ex inſidiis & furore ſatanæ, ex mundi violentiâ, ex incogitantâ & imprudentiâ propriâ, & ex fortuito eventu experiuntur homines. *Scriptura* ipſa exponit ſulphureum & in furore *Domini* ac, cenſum *Sodomorum* ignem, manus violentas & furorem fratris in fratrem, periculum ignis & aqvæ, nec non caſtitatis in uxore tentatæ, panis & aqvæ penuriam, conjectionem in fornacem ardentem, in ſpeluncam leonum, in carcerem, arctam urbium & regionum circumvallationem, & devaſtationem, ædium ingentem ruinam, oppreſſionem factam per lapidem fortuitò dejectum, ſimilesq; caſus alios longè plures. Memento *te* etiam eſſe hominem, nihilqve propterea, qvod humanum eſt, à te judica eſſe alienum. Cum non ſufficiant vires tuæ, licet potentiſſi- 2 Reg. 6. v. 16.

mus sis, absqve oræsidio angelico ut & ex uno elucteris malo, qvid qvæso fiet, si tot DEO permittente vel etiam disponente incurrunt mala? Agamus igitur pœnitentiam, ad DEUM, à qvo defecimus, revertamur, simus sancti casti, humiles, cum Sanctis castis & humilibus Spiritibus, & qvam diu vitam nobis DEUS concesserit, non deerit paratum ad nostram custodiam, cœlo favente, *Angelorum* ministerium, qvo cum cœteris bonis impii in vitâ sunt privati.

CAPUT QVADR. TERT.

Non sunt silentio involvenda II. mala στρῶμα in horâ mortis. Mors horrenda redditur per seqventia qvinqve. Primum est in separatione animæ & corporis re-

rerum amicarum & sociarum. Secundum est derelictio omnium hujus vitæ voluptatum & bonorum. Tertium est memoria & recordatio eorum, qvæ per omnem vitã malagessimus. Qvartum est tentatio dæmonum. Qvintum est, metus futurorum, contra hanc tremendam horam oportet nos esse munitos devotâ mortis meditatione, piâ & diligenti præparatione, Assistentia

& solatio Spiritus S. & conscientia sanguine Christi vera fide apprehenso purificata, nec non Angelorum bonorum Præsidio. Pii etiam & credentes his instructiarmis non timent mortem, sed potius ex sancto desiderio optant dissolvi, & esse cum Christo. Non rarò etiam contingit, ut intremendâ mortis horâ lætentur, tripudient, & hymnos Deo cantent. Id Qvod exemplis illustratur.

Im-

Impiis autem destitutis assistentiâ spiritus S. Angelorum præsidio, conscientiæ tranqvillitate & precum efficaciâ, mortis hora nō potest non esse extremè misera & horrenda.

IMpii II. mortis hora qvando imminet, experiuntur mala & damna στερητικὰ vel privativa. Qvinqve sunt, qvæ mortem reddunt horrendam. *Primò*, separatio animæ à corpore, per qvam disjunctio fit rerum amicarum & sociarum, tamqve arcto vinculo unitarum, ut non possit esse intimius aliqvod & arctius vinculum, mutuo etiam sibi invicem usu devinctarum, cum corpori anima & illud huic multùm prosit, qvæ disjunctio etiam sola naturæ ingrata est:

qvod & pii qvandoqve experiuntur, optantes, si possibile esset, declinare mortem, vivos transferri instatum glorioſum per mortis à vitâ absorptionem. Qvò pertinent hæc *Apoſtoli* verba: *Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo gemimus onerati, propterea, quod non volumus exui ſed ſuperindui, ut abſorbeatur mortalitas à vitâ.* De S. *Apoſtolo Petro Auguſtinus* ait: *Affectus ille infirmitatis quo nemo vult mori, usque adeò naturalis eſt, ut eum B. Petro nec ſenectus auferre potuerit.* Secundò, de relictio omnium, qvibus in hâc vitâ usi sumus, voluptatum, omnium bonorum. Qvàm miserè namqve falluntur, qvi voluptatum mundanarum cœno immersi, illarum sibi perpetuitatem fingunt, cum experientia clam &, ictu oculi omnia transire gaudia mundi, & extremum eorum luctum esse miserabilem, qvõ augent sæpius non minuunt lecto morituri adstantes & ululantes amicissimi. Audi *Chryſoſtomum*:

2 Cor. 5. v. 4.

Auguſtinus Tract. 123. in Johan.

Chryſoſt T. 5. in homiliâ ad Baptizandos p. m. 729, 730

Ibi

Ibi (apud jacentem in lectulo moriturum) *fletus, ibi lamentatio, & ipsâ sacrorum traditione circumstantium lacrymæ, fletusque cunctorum. Adstant ululantes filii, conjux brachiis laceratis ingemiscit, amici tristantur, lugent servuli, & ipsa domus tristitiâ quâdam imitatur infernum. Etsi ipsius cor jacentis inspicias, adstantibus eum reperies tristiorem. Nam sicut Pelagus diversis flatibus agitatum in multas dividitur partes ita & languentes diversis cogitationibus occupati multis sollicitudinibus prægravantur. Quando enim infantes viderit, filios, eorum imbecillitate stimulatur annorum, quando matronam paulò post relicturus aspexerit, viduitatis cogitatione conteritur: quando familiam cogitaverit, ejus separatione laceratur, quando se ipsum inspexerit moriturum, omnibus nebulis sollicitudinum circumdatur &c.* Tertiò memoria vel recordatio eorum, qvæ per omnem vitam mala gessimus, indeqve orta formido & consideratio *judicis* justi

sti & severi, etiam pro qvocunqve verbo otioso rationem aliqvando exacturi, nec post hanc vitam ullam pœnitentiæ nobis concessuri locum. Qvartò tentatio *Dæmonum* circumstantium morituros in magnâ multitudine, exprobrantium ad confusionem & ad desperationem persuadendam delicta, ad qvæ suâ seductione miseros traxerunt, sollicitantium ad plasphemas de *Deo & divinis* cogitationes, & exspectantium harpyarum instar terminum, qvo animam egredientem rapiant secum in ignem infernalem. *Gregorius M.* ait: *Tunc maligni spiritus egrediente animâ, sua opera inquirunt. Tunc mala quæ suaserunt replicant, ut socium ad tormenta trahant. Sed cur hoc de perversâ solum modò animâ dicimus, cum ad electos quoque egredientes veniant & suum in illis, si prævaleant aliquid, requirant? Paschasius Rathbertus ait: Etiam ipsi Dæmones persuasores pessimi, qvi nunc decipiendo blandiuntur, tunc è contrà cum omnibus*

Gregorius M. T. 2 homil. 29. in Evangel p. m. 522.

Paschasius Rathbertus in lament. seu thren. Jerem. l. 1. cap. 1. f. m. VI. a.

quæ

quæ gessimus instabunt inimici. Exemplum *Eusebii Cremanensis*, qvi fuisse dicitur *Hieronymi* discipulus, hisce verbis refert in institutis bene vivendi *Marcus Marulus* spalatensis: *cæterum quâ horâ migraturus erat repente erigens, oculis pavitantibus circũspicere, & quasi in furorem versus clamitare: Non faciam, nõ faciam, mentiris, mentiris. Deinde ad terram proclivis faciem abscondere, intremiscere, ac quantum poterat vociferari, Adjuvate me fratres, adjuvate me, ne peream. Illi verò partim expavidi, partim mœrore concussi rogitabant: Qvid habes frater? Qvæ hæcte exagitat sollicitudo? quid times? An, inquit, non videtis dæmonum cãtervam, hîcin meam perniciem congregatam? ille qui præcæteris horrendus apparet, compellit mẽ ad blasphemias hæresiumque pravitatem, & tam dirus est, ut contra tueri non* ausim: Qvintò metus futurorum, ad qvæ pertinet corporis in sepulchrum collocatio, immutatio, cinefactio, item animæ

Marcus Marulg in institutis bene vivendi lib. 3 cap 10. de horâ mortis caput f. m. 224. a.

mæ deportatio in πῦ illud, ubi perpetua, & sine fine erit futura mansio, qvæ piis qvidem & credentibus in cœlo parata est, impiis autem certè exspectanda in inferno. Hæc sunt, qvæ piis etiam qvandoqve mortem faciunt formidabilem: *Dionysius Carthusianus* profert exemplum *S. Arsenii*, qvi morti proximus dixerit discipulis suis: *Timor mortis, qui semper fuit in me, etiam modò est in me.* *Bernhardi* verba sunt: *Non sum, fateor, insensibilis ad pœnas: Mortem horreo meam, & meorum.* Contra hanc tremendam mortis horam oportet qvemlibet per omnem vitam devotâ mortis meditatione, piâ & diligenti præparatione per pœnitentiam seriam, per preces & lacrymas se munire, qvi εὐθανασίαν desiderat & Beatam ἀνάλυσιν. Indigemus etiam in hoc mortis agone constanti ope & assistentia *Spiritus Sancti* & efficaci ejus per verbum *Satanæ* oppositum consolatione, conscientiâ sanguine *Christi* fide vera apprehenso

Dionysij Chartusianus Dom. 16. post Tr. serm. 5. f. m. 330. b.

Bernh. serm. 26. in Cant. f. m. 155. a.

henso purificata & tranqvilla, *angelorum* etiam *Bonorum* contra *Dæmones* præsidio. Hisce instructi fideles & pii tantum abest, ut mortem timeant, ut potius intenti oculis fidei verbo *Domini* illustratis in Beatum animarum post mortem statum inqve hujus vitæ miserias, ex Sãcto desiderio videndi *Deum* & perveniendi ad terminum cum Elia, Simone & Paulo optent mori, *dissolvi & esse cum Christo.* Fit qvoqve ut mors gloriæ inimica *piis* usurpetur ad gloriam, & mors, mœroris mater, usurpetur ad lætitiam. Hac consolatione *Ananiam* senem in *Martyrio* trepidantem erexit *Pusices*, qvi omnibus artificibus *Regis* præ erat: *Hic* namq; videns inter Martyres *Ananiã*, ubi ad occisionem parabatur, trementem: *Modico momento*, inqvit, *ô senex oculos claude, & fortis esto: confestim enim lumen Dei videbis*, uti legitur apud *Sozomen.* Exempla qvàm plurima sunt in promptu, qui hac arte usi, his præsidiis muniti, non sine

Sozomẽ libr. 2. Hist. Eccles. c. 11. p. m. 569.

in-

ingenti mentis lætitia risu hymnodia & applausu adierunt mortem. De *Nepotiano* morituro ita *Hieronym.* *Cumque febribus æstuaret, & venarum fontes hauriret calor, lassò anhelitu tristem avunculum consolabatur. Lætus erat vultus & universis circa plorantibus solus ipse ridebat. Projicere pallium, manus extendere, videre quod alii non videbant, & quasi in occursum se erigens salutare venientes. Intelligeres illum non emori, sed emigrare, mutare amicos, nō relinquere.* Similia *Gerhardi*, qvi frater fuit *Bernhardi*, item *Hieronymi*, *Ambrosii*, *Bedæ Davidis Scotorun* Regis, *Garzij*, qvi proavus fuit *Francisci Petrarchæ*, vide apud *Bernhardum*, *Marcum Marulum Simeonem Dunelmensem*, *Johannem Majorem* natione Scotum, *Franciscum Petrarcham.* *Ipse* etiam in Tractatu de Beata animæ humanæ post mortē hominis immortalitate, domestica produxi exempla, qvibus cur jam non addam aliud uxoris meæ, *Annæ Julianæ*, ante ali-

Hieronym. T. 1 Op. epist Ep. 3 ad Heliod. p. m. 25.

Bernh. serm. 26. in Cant, f m. 155. Marcus Marulus in instit. bene vivendi l. 5 c. 10. p. m 224. Simeon Dunelmensis in histor Dunelmensi Eccles. libr. 1. c. 15. p. m. 9, & 10.

qvot

qvot annos piè nec sine insigni mentis lætitiâ & tranqvillitate in Domino defunctæ? Nihil talè exspectare possunt in mortis agone impii per omnem vitam permanentes incorrigibiles, qvi, tantùm abest, ut piâ & devotâ mortis meditatione, & præparatione per preces devotas adversus mortem se muniant, ut potius de morte vix ac ne vix qvidem serio cogitent, peccata peccatis cumulantes convertì nolint, orare *Deum* & invocare in vera fide nesciant, & proinde in extremâ mortis horâ imparati, deserti etiam *Spiritus S.* assistentiâ, solatio, & angelico præsidio, exponantur memoratis antea mortis tremendis & horrendis Dæmonũ insultibus, non invenientes neqve in se ipsis, neqve apud alios neqve apud DEUM neqve apud *Angelos* aliqvid, qvo se in sollicitudine & tentatione erigant fulcrum. Adscribam verba *Gregorii M.* huc facientia: *Cogitandum*, inqvit, *valde est, qvantum nobis erit terribilis hora*

Johann. Major natione Scotus in historia Scotorũ l. 3. c. 11. f. m. 49. B.

Francisc. Petrarcha lib. 6. Epist. de rebus familiar epist. 89. ad Joh. Columnam.

Tractatus meus de Beatâ animæ humanæ immortalitate pag. 60, 61, 62.

Gregor. M. T. 2. Op. hom 39. in Ev. p. m. 522

nostræ resolutionis, pavor mortis, quanta tunc omnium malorum memoria, quæ oblivio transactæ felicitatis, quæ formido & consideratio judicis. Quid ergo esse nobis de præsentibus ad delectationem debet, quando cunctis simul transeuntibus non valet transire quod imminet? quando & hoc funditus finitur quod diligitur, & illud incipitur ubi dolor nunquam finitur? Tunc maligni spiritus egrediente animâ, sua opera requirunt. Tunc mala, quæ suaserunt, replicant, ut socium ad tormenta trahant. Item *Curandum nobis est, & cum magnis fletibus quotidie cogitandum, quàm rapidus, quàm terribilis sua in nobis opera requirens in die nostri exitus Princeps hujus mundi veniat, si etiam ad Deum carne morientem venit, & in illo aliquid quæsivit, in quo suum invenire nihil potuit. Quid igitur nos miseri dicturi, quid acturi sumus, qui innumera mala commisimus? Quid adversario requirenti & multa sua in nobis invenienti dicemus, nisi solum quod nobis est certum refugium & solida spes,*

sper, quia unum cum illo facti sumus, in quo Princeps hujus mundi & suum aliquid reriquisivit & invenire minimè potuit? Quoniam solus est inter mortuos liber. Hæc Gregorius M. l. c.

CAPUT QVADR. QVART.

Attendenda qvoqve 12. sunt mala στερητικὰ post mortem. Nimirum impii post mortem privantur visione Dei beatifica, Angelorum bonorum & animarū electarum consortio, omnibus vitæ æternæ bonis nec non gaudio ibi futuro. Declaratio etiam publica, & solennis exclusio fiet in

die extremi judicii Matth. 25. v. 41, 2 Thes. 1. v. 9. Quantum in hac exclusione malum sit sententiis veterum Chrysostomi & Bernhardi exprimitur. Positiva mala imminentia peccatoribus à Deo desertis varia esse dicuntur, multiplicia, atrocia & horrenda.

ATtende porro, *quisquis es peccator*, qvænam sint *tibi* mansura mala στρηνικὰ post mortẽ. Cœlo exclusæ & inferni ignibus æternis immersæ damnatorum animæ privantur visione DEI beatificâ, consortio bonorum angelorum, animarumqve electarum, omnibusqve vitæ æternæ, & gloriosæ bonis, nec non gaudio & solatio omni

omni inde percipiendo. Hoc etiam in extremi judicii die publicè coram omnibus angelis sanctis & electis declarabit & pronunciabit adversus damnatos *justus judex Christus* dicturus eis: *Abite à me.* Qui etiam propterea dicuntur ab Apostolo *expulsi à facie Dei & gloriosoipsius robore.* Num autem hoc parum judicas esse supplicii, sine fine excludi à facie DEI beatificâ aliisqve inde dependentibus vitæ æternæ bonis? *chrysostomi* verba sunt: *hoc animâ lacrymandum quippe nunc mihi multumque gemendum, cogitanti, qualibus bonis exciderimus, & à quali beatitudine abalienemur. Nequis mihi gehennam hic objiciat. Nam omni gehennâ gravius est ab hâc excidere, innumeris supplicijs pejus est ab hâc sorte alienari.* Idem alibi ait: *Decies mille quis ponat gehennas, nihil tale dicit quale est à beatâ gloriâ excidere! à Christo audire, non novi vos. Bernhardus* ait: *Omnia gehennæ supplicia superabit, Deum non videre, & bonis carere, quæ in potestate habuisti ut obtine-*

Matt. 25. v. 41. 2 Thess. 1. v. 9.

Chrysost. Tom. 4. in Moral exhortat. quæ sequitur sermon. 14. in epist. ad Roman. p. m. 172. homil. 24 in Matth. Bernh. de inter dam. c. 38.

tineres. *Idem ad Eugenium* ita scribit: *Cogita, quantum sit à facie Christi separari, ab illo gaudio divinæ* contemplationis excludi, & beatissimâ omnium societate privari: mori vitæ æternæ, vivere morti sempiternæ. Conferri potest *Petrus Posnanienſis.* Mala positiva qvæ manent eos, qvi per peccata proæretica deserti sunt à Deo qvis enumeret? Tot, tam varia, tam multiplicia, tanta, tamqve atrocia sunt & horrenda, ut vel audito peccati, unde ea ebulliunt, nomine, homo deberet totus horrore concuti, ac si vel cœlum rueret, mundus caderet, & inferus ad eos absorbendos hiantem aperiret rictū. *Malorū omnium causam,* ait iterum Chrysost. *constat esse peccatum. Ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella morbi, atq; omnes, quotquot nos puniunt, passiones &c.*

Petrus Posnanienſis. part. prima instit. Sacrar. p. m. 555.

Chryſost homil. 5. de Pœnitent.

CAPUT QVADR. QVINT.

Malorum omnium maximum est, uri igne æter-

terno & nunqvam exstinguendo Matth. 25. v. 41, 46. cujus loci adduntur contca Smalcium vindiciæ. Æternitas ignis & supplicii infernalis qvoqve demonstratur ex Luc. 16. v. 26. qvi locus contra Bellarminum vindicatur, adde etiam Joh. 3. v. 36. Epist. Jud. v. 6. Apoc. 19, v. 11. Movetur & deciditur qvæstio: qvomodo in igne infernali impiorum corpora in æternum durare possint? Qvod

adscribitur divnæ potentiæ, per qvam dicuntur sustentandaad suplicium æternum. Adduntur exempla de Salamandra in igne vivente & montibus ignivomis nec tamen igne consumptis. Qvalis sit horum exemplorum in materia de corporibus damnatorum in igne infernali perpetuò arsuris usus?

MAlis autem omnibus positivis majus illud est, uri igne æterno & nunqvam exstinguendo, in qvo demto fine & in omnem æternitatem urent qvidem nec tamen comburent damnati & qvoad corpus & qvoad animam. Hinc toti-

totidem verbis vocatur *ignis æternus, supplicium æternum* in qvod detrudentur hædi ad sinistram constituti. Qvomodo autem uret damnatos ignis æternus, qvomodo sustinebunt supplicium æternum, si non sunt æternum duraturi? Frustra sunt, qvi cum *Smalcio* id volunt interpretari tantum de iis qvos *Christus* vivos offendet, cum omnes gentes constituendæ, dicantur ante *Christum* & ab eo judicandæ, à qvibus potiorem partem, qvi vitã jam excesserunt excludere, insigni non carebit absurditate. Non audiendi etiam sunt, qvi ignem voluntdici inexstinguibliem & æternum ratione effectus, qvod æternum afferat exitium: cum æternus dicatur etiam ratione supplicii æterni, nec non ratione ipsius actus exstinctionis, unde de ipso igne dicitur, qvod non exstinguatur. Æternitas etiam ignis & supplicii opponitur vitæ æternæ. Qvod & à *Theoph.* in h.l. recte anim adversum est: *Sicut*, inqvit, *Sancti incessabile habent gaudium, ita injusti indesi-*

Matt. 25 *v.* 41,46

v. 31.

Matth. 3 *v.* 12.

Theoph. in cap. 25 *Matth.*

ne 12.

nentem pœnam: tametsi Origenes nugetur, dicens, fore suppliciorum finem & non semper puniendos peccatores, sed fore aliquando tempus quando in justorum venturi sint consortium, purgati à pœnis. Arguitur autem ex hoc loco manifestè. Nam Dominus dicit supplicium æternum hoc est nunqaum desinens. Confer Augustinum, item Gerhardum p. m. 62. B. Feuerborn. nec non Calovium. Ad divitem epulonem in inferno constitutum Abrahamus apud Lucam inqvit: Inter nos & vos hiatus ingens constitutus est. ut ii, qvi volunt hinc transire ad vos, nos possint, nec isthinc huc transire. Qvis autem hic hiatus ingens impediens transitum? Bellarmin. putat, hic apparere, qvod nihil solidi fuerit interjectum inter locum damnatorum & sinum Abrahæ, sed utrasq; animas in unâ fuisse voragine, licet multum inter se distantes. Ast non intelligitur hic hiatus physicè & propriè talis (Qvomodo enim qvæso hic obstet ani-

ma-

Augusti. P. 5. libr 21 de Civit. Dei c. 24. p. m. 267. Gerhard T. 8. LL. de Resurrect mortuor. §. 101. it. T. 9 LL. de extremo judicio §. 62. it. Feuerborn. synt. 1. part. 3. diss. 5 p. m. 605. 604. 605 Calovio T. 4. Syst p. m. 376, 377. Luc. 16. v. 26. Bellarm l. 4 de Christi anima cap. 11.

mabus, qvo minùs ad sese venire qveant ?) sed Methaphoricè, id est statutum divinum, stabile, ob qvod separatio piorum & impiorum æterna erit. Hinc hiatus inter electos & damnatos non tantum dicitur esse, sed firmatus esse: χάσμα μακρόθεν è longinqvo. Quomodo igitur fuisse qvis vel per sensum cogitet in una eademq; voragine ? *Theophylacti* hùc faciunt. Verba in h. l. *observa*, inqvit, *hunc locum contra Origenistas, dicentes, qvod tempus erit, quo finientur impiorum supplicia, & peccatores cum justis conjungentur, & sic omnia in omnibus erit Deus. Ecce enim audimus Abraham dicentem, qvod hi qvi volunt ad vos vel illinc ad nos transire non possint.* Sicut *igitur impossibile est, ex consortio* justorum, *qvempiam* transire *in locum peccatorum, ita impossibile est*, ut *nos docet Abraham, transire à loco pœnæ in locum justorum. Abraham sanè fide dignior est quàm Origenes.* Optimè etiam ex ipsis Papatus Scriptoribus *Jansenius* ait : *Quemadmodum in terræ*

Theoph. in h. l.

Jansenius in harmon. Evangel

terræ motu relicta & interjecta vora-go & hiatus impervium reddit tran-situm ab una parte ad alteram: Ita firmissimo NB. *Dei decreto tanqvam chasmate discluſus ac separatus est ſtatus beatorum à ſtatu damnato-rum, ut ab hoc ad illum, & vice versâ, nullus pateat tranſitus.* Hæc ille.

Joh. 3. v. 36. *Ira* proinde *Dei* dicitur ex ore *Chri-ſti* etiam *manere ſuper non-creden-*
Ep. Jud. v. 6. *tes. Vincula* inferni dicuntur *æterna.*
Apoc. 19. v. 11. Hùc etiam pertinent *Johannis* in *A-pocalypſi* verba: Et *fumus cruciatus e-orũ aſcendet in ſecula ſeculorum: nec habebunt requiem die nec nocte, qui adorant beſtiam & imaginem ejus, & ſiquis acceperit characterem nominis ejus.* Qvæſitum eſt autem à *Scho-laſticis*, qvomodo in igne infernali impiorum corpora in æternum du-rare poſſint? Qvibus pſacuit ſen-tentia hæc qvod ſuſtentanda ſint di-vinâ potentiâ. *Auguſtinus* exemplis hæc probare aliqvatenus nititur,
Auguſt. libr. 21. de Civit. Dei c. 4. *Salamandra*, inqvit, *in ignibus vivit, & quidam notiſſimi Siciliæ qui tanta diuturnitate temporis ac vetuſtate usq; nunc & deinceps flammis æſtuant*

atq;

atq; integri perseverant satis idonei testes sunt non omne quod ardet absumi. Hæc ille: Obiter addo, ad ea, qvæ *Augustinus* de *Salamandrâ* & montibus ignivomis velardentibus notat, illam de *Salamandra* serpente relationem non invenire apud omnes certam fidem. Ipse *Marcus Paulus Venetus*, in peregrinatione rerum curiosarum indagator solertissimus refert se nihil explorare potuisse in regionibus Orientalibus de *Salamandra* serpente, qvi in igne vivere dicatur, dicit autem in *Provinciâ Cleinchintalis* subjecta dominio *Magni Cham* inveniri *Salamandram*, de qvibus fiat pannus, qvi si in ignem fuerit projectus, non possit comburi. Fit autem pannus ille de terra in hunc modum. Invenitur in monte qvodam hujus provinciæ minera qvædam terræ, qvæ fila qvædam producit lanæ haud dissimilia, & hæc ad solem desiccata, in mortario æneo teruntur, deinde lavantur, & qvicqvid terrarum illis adhæret, submovetur, demum fila illa sic pur-

Marcus Paulus Venetus lib. 1. de Regionibus Orient. cap. 47. p. m. 350. 351.

purgata & attenuata, ut alia lana, nentur atq; in pannum contexuntur. Et qvando pannos illos volunt dealbare, projiciunt eos ad horam in ignem & tunc ex flammis illæsi educuntur nive candidiores. Haud secus purgant eos, qvando maculas aliqvas contraxerunt. Nam lotura alia præter ignem illis non adhibetur. Ajunt *Romæ* mappam qvandam haberi ex *Salamandra* contextam, in qva *sudarium Domini* involutum continetur, qvam *Rex quidam Tartarorum Romano misit Pontifici.* Hæc ille l. c. Memini tamen ve legisse aliqvando horis subcisivis apud *Thomam Bartholinum Medicum Hafniæ* celeberrimum relationem de *Salamandrâ* à se visâ *Romæ*, & moram duarum horarum perferente in igne. Qvod montes attinet ardentes, *Heclam* puta, *Ætnam*, *Vesuvium* aliosqve, non putes fabulosam esse veterum relationem, licet fabulosè ad efficacem reliqviarum vim probandam, qva exstincta aliqvando comminiscuntur,

Thomas Bartholin. Centur. 2. Histor. Anatom Hist. 50. p.m. 260 261.

tur, incendia, adducantur à *Barqnio*, *à Bellarmino* autem, ut ostendat, *Purgatorium & infernum* esse in centro terræ, alibi autem, ut probet, ignem *purgatorii* esse verum, proprium, corporeum & ejusdem speciei cum nostro elementari, qvas speculationes infructuosas otiosis Monachis remittimus. *Gregorius Nazianzenus* Oratione in *Juliauum* primâ tangit Ætneum ignem ab imâ parte exundantem, ac retentum atq; compressum, prius qvidem horrendum sonum edentem, fumumq; propinqvi mali indicem vertice suo evomentem; qvem ait fonte ampliorem & exuberanti orem factum rapidioremq; qvàm ut coërceri qveat, finibus suis æstu vehementi extrusum sursumq; tendentẽ ac supra foramina sua sese effundentem, finitimas qvoq; nonnullas terræ partes incredibili illo ac horribili flatu pervastantẽ, qvitamen addit qvædã ambĩgua, ut ab *Elia Cretensi* in h.l. bene annotatũ est ad sugillandas *Græcorum* futiles nugas fingentium Jovem, cum

Baron. ad Martyrolog. Roman. 19. Sept. p.m. 381, 382.

Bellarm. T. 2. lib. 2 de purgat. c. 6. p m. 410 lit. B & cap. XI. p m. 433 lit. B. §. Septem.

cùm *Gigantes* qvondam adversus ipsum insurrexissent, eorum validissimum prostravisse, ac fulmine percussum cruciatu affecisse, cujus anhelitus ut pote igneus ea, per qvæ flat, incendat & pervastet finitimamqve omnem & subjacentem regionem exurat, qvæ aliaq; fabulosa ad irrisionem Ethnicorum opposita; verùm de incendio Ætnæo relationem dubiam reddere non possunt, vide ipsum *Gregorium Nazianzenum & Eliam Cretensem. Vesuvii Campaniæ* montis incendia. *Theodosius* Rex epistolâ qvinqvagesimâ ad *Faustum Præpositum* apud *Cassiodorum* graphicè sic describit: *Sed non in totum durus est eventus ille terribilis, præmittit signa gravia, ut tolerabilius sustineantur adversa. Tantis enim molibus naturâ rixante montis illius hiatus immurmurat, ut excitatus quidam Spiritus grandisono fremitu vicina terrificet. Fuscantur enim aëra loci illius exhalatione teterrimâ, & per totam penè Italiam cognoscitur, quando illa indignatio commovetur, velut per mare ma-*

Gregorius Nazianzen orat. 3 quæ est prima adversus Julian. p. m 32. Et Eliam Cretens. in Com. p. m. 166.

magnum cinis decoctus & terrenis nubibus excitatus transmarinas quoq; provincias pulvereis guttis compluit. Et qvid Campaniæ pati possit agnoscitur, qvando malum ejus in orbis aliâ parte sentitur. Videmus illic qvasi qvosdam fluvios ire pulvereos & arenam sterilem impetu ferventem velut liquida fluenta decurrere. Stupens subito, usq; ad arborũ cacumina dorsa intumuisse camporum, & lutoso subito calore vastata, qvæ lætissimâ fuerant viriditate depicta. Vomit fornax illa perpetua pumiceas qvidem sed fertiles arenas. Quæ licet diuturnâ fuerint adustione siccatæ in varios foetus susceptæ germina mox producunt, & magnâ qvâdam celeritate reparare, qvæ paulo ante vastaverant. Hæc aliaq; apud Cassiodorum. Flammarum ex hoc monte vesavio uti est aput Voëtium numerantur novendecim, qvarum una ante natum Christum, reliqvæ omnes post, postrema & maximè terribilis accidit ad 1631. 16 Decemb. cujus occasione tractatus editus est à Vincentio Alfario Crucio Medico tit. Vesuvius ardens. Hæc Voët l. c. Dione referente cognoscimus, Anno Christi LXXIX. hunc montem arsisse, & primò quidem magna saxa & pumices, post tantam copiam cinerum ejecisse, ut non solum ii Africam, Syriam & Ægyptum usq; penetrarint,

Marcus Aurelius Cassiod. libr. 4. variarũ epist 50. p. m. 159. Voëtius disp. select. T. 2. p. m. 913.

Vincentii Alfarii Crucii Vesuvius ardens Dio libr. LXVI.

rint, sed & duas urbes *Campaniæ Herculi-anum & Pompitios* prorsus obruerint, pisces volucresq; omnes interemerint. Hæc apud *Dionem*. In *Germaniâ* nostrâ sunt istiusmodi montium incendia fere ignota: *Henrici* tamen *Imperatoris* (qvi filium habuit successorem Othonem I.) ex hâc vitâ excessum antecessit prodigium, ut mons, in quo postea fuit sepultus, multis in locis flammas evomeret uti legere est apud antiqvissimum Germaniæ *Historicum Wittechindum* Monachum Corbejensem & Joannem Trithemium Chronico Hirsauiensi. Qvanqvam autem ignis hic montium perpetuus non possit dici, ut recte statuit *Voëtius*, testimonium ignis æterni & jugis Judicii pœnam nutrientis, non est tamen inconcinnum, cum *Augustino* in eo qværere umbram, imaginem, exemplum & simile qvale in naturâ; unde per analogiam qvandam ascendere liceat ad Dei Potentiam, & iram similesq; longe tamen graviores & æternum in inferno durantes ejus effectus. *Cyrillus Hierosolymitanus* inqvit: *Qui peccator est, accipit corpus æternum, quo sufferre possit poenas peccatorum, ut perpetuo in igne ardeat & nunqvam dissoluatur*. Juvat etiam adscribere elegantem *Gregorii* M. sententiam. *Impius,*

Wittechindi Monachi Corbejensis lib. 2. Annal. p. m. 22.

Joann. Trithem Abbatis Spanh. Part. 2. Op. in Chronic Monasterii Hirsau. ad annum Christi 935. p. m. 28.

Voët. disp. selectar T. 2. p m. 934 935.

Cyrillus Hierosolymitanus

pius, inqvit, persolvit in tormento ea, qvæ hic illicita servavit desideria, & flammis atrocibus traditus semper moritur, qvia semper in morte servatur. Non enim in morte consumitur, qvia si consumeretur vita morientis cum vita etiam poena finiretur. Sed ut sine fine crucietur, vivere sine fine in poenâ compellitur, ut cujus vita hìc mortua fuit in culpa, illic ejus mors vivat in pœnâ Cruciatur & non extinguitur, moritur & vivit: desicit & subsistit: finitur semper & sine fine est. Hæc solo auditu valdè sunt teribilia, qvantò magis passione? Hactenus Gregorius M. Cassiodorus vocat conflagrationem inextricabilem, & æternam combustionem qvibus hæc præmittit: Ita enim impii perpetuæ pœnæ tradentur ut infaustè semper existere comprobentur. Dolor sine fine, pœna sine requie, afflictio sine spe, malum incommutabile. Sic enim varietas vitiosa punitur, ut ejus damnatio nullatenus immutetur. Miserrimi omnium & perdendo quod quod diligunt, & jugiter patiendo quod nolunt. Ævum sine dulci vità, mors sine remedicabili fine, civitas sine lætitia, patria exosa, amara domicilia, cœtus tristium, turba lugentium, & quod supra omnes confusiones deterius est, illos ibi torqueri secum posse cognoscunt, quos decepti Numina crediderunt. Ex hoc quasi vasto flumine qui-

Gregorius M. h. 15 exposit. Moral. in Jobū cap. XI. p. m 496

dam videtur rivulus altercationis exire, si igni pœnæ concedatur æternitas: dum consumptio vix substantiam permittit existere, quam nullo se permittit tempore reparare. Sed istud omnino superfluum est in caussarum perennium ratione cogitare. Nam & talis pœna esse potest, quæ torqueat non imminuat: & talis substantia, quæ sensum doloris augeat, non defectum mortalitatis incurrat. Ipsa denique anima nostra quantis hic cruciatibus afficitur, cum tamen nullâ defectione solvatur. Montes quoque non nulli, quam nimio torrentur incendio, & tamen inter flammas stabiles perseverant? Salamandra incendio reficitur & ignis calore reparatur. Vermiculi quidam aquis æstuantibus nutriuntur. Sic datur istis victum, quod aliis minatur interitum. Quid si inter has mortales materias talia nos exempla corroborant, quid de illâ æternitate credendum est, ubi mortalem non invenit, quem pœna consumat? Erit ergo misera conflagratio inextricabilis & æterna combustio. Hæc Cassiodorus.

Cassiod. in lib. de Anima p.m 434

CAPUT QVADR. SEXTUM.

Movetur qvæstio: An non sit justitiæ divinæ contrarium, peccata mo-

momentanea & breviſſimi temporis abſqve miſericordia punire pœna æterna? negatur I. cum impii non poſſint prætendere ignorantiam. II. cum etiam nec humanæ repugnet juſtitiæ ſcelera & crimina unius horæ ſpatio vel puncti momento commiſſa longiori etiam & graviori qvandoqve punire ſuplicio III. cum peccatis lædatur infinita & æterna Dei juſtitia IV. ſpectari meretur pec-

catum in toto ſuo complexu, vel omne qvod peccato comprehenditur, in qvo nimirum non tantùm eſt converſio ad commutabile bonũ ſeu ad creaturas, ſed & rejectio boni infiniti & incommunicabilis, propter qvam rejectionem malitioſam peccator ſuſtinet æternas pœnas. Eſt V. etiam animus peccatoris ſpectandus, qvi in infinitum tendit. In ſtatu VI. damnatorum, nul-

nulla habet locum Satisfactio, solutio & pœnitentia. Pœnarum infernalium æternitas exaggeratur.

SEd *justitiæ divinæ* putaret qvis esse contrarium, peccata momentanea & brevissimi temporis punire absqve misericordiâ, pœnâ æternâ. Ast nec puniendo impios æterna inferni pœna DEUS injuste facit, nec facere putandus est damnatis injuriam. Hi siqvidem etiam, anteqvam peccarunt, non ignorarunt æternam in cœlis remunerationem esse propositam credentibus & in pietate constanter perseverantibus, & æternam damnationem in peccato mortali discedentibus. Qvis autem, qvæso, illis ita fraudi fuit, ut amissâ gloriâ sempiternâ consequantur pœnam sempiternam? Res ipsa testatur, in irremeabilem inferni voraginem, in carnificinam & torturam insatiabilem fuisse præcipitatos nonnisi perversâ suâ in operando voluntate. Non repugnat etiam 2. humanæ justitiæ, scelera & crimi-

na, licet unius horæ spatio vel puncti momento commissa, longiori etiam & graviori qvandoq; punire supplicio, cum in peccando non tam spectetur tempus, qvàm pondus admissi criminis. Peccat, qvi uno momento homicidii, sodomiæ, bestialitatis, veneficii reus fit. Peccat etiam garrulitate sua indesinente vir multiloqvus, sine intermissione garriens. Licet autem uterq; peccet, & hic multum temporis in peccando consumat, ille parum, constat tamen illos, qvi se uno momento, una horâ homicidii, Sodomiæ &c. reos faciunt, longiori carcere, vinculis, torturâ, affici, deniqve capite & vita plecti, cum garrulis, impunita sæpius maneat otiosa garrulitas. Sic qvi per seditionem & tumultum debitam *Principi* negat obedientiam, alios ad idem faciendum impellit, turbat pacem & concordiam civium, illi exterminatio ex civitate secundum leges dictata est, qvæ infligitur vel per mortem, vel exilium vel incarcerationem & vinculorum injectionem, qvæ etiam juxta legis dictamen perpetua est, licet tumultus interdum vix sit unius diei vel horæ. *Augustinus* eodem modo hâc de re disputat. *Nunquid*, inqviens, *tamdiu* qvisq; *judicandus est esse debere in vinculis*,

August. l. 21. de Civit Dei cap. 11.

quam-

quamdiu fecit unde meruit alligari, cum justissimè annosas pœnas in compedibus servus pendat, qui verbo aut ictu celerrimè transeuntem vel lacessivit Dominum vel plagiavit? Jam verò damnum, ignominia, exilium & servitus cum plerumq; sic infligantur, ut nullâ veniâ relaxentur, nonne pro hujus vitæ modulo similia pœnis videntur esse æternis? ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa vita, quæ his plectitur, porrigitur in æternum, & tamen peccata, quæ vindicantur, longissimi temporis pœnis, brevissimo tempore perpetrantur, nec quisquam exiliit, qui censuerit, tàm citò nocentium finienda esse tormenta, quàm citò factum est vel homicidium vel adulterium vel sacrilegium, vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum. Hæc *augustinus* l. c. Est 3. considerandus ille, qvi peccatis læditur. Qvò major est persona, qvæ læditur, eò acerbior qvoq; & diuturnior pœna exspectanda est lædenti; cùm in infligendis pœnis spectetur proportio non arithmetica sed geometrica. Hinc qvæ in mediocris conditionis hominem commissa vel contemnuntur vel longissimâ pœnâ castigantur, cadè intentata Viro Principi vel magnæ dignitatis, exilii, fustigationis, incarcerationis duræ

& perpetuæ, mortis etiam qvandoq; pœna coercentur. Peccato autem offenditur *infinita Dei justitia*, unde non potest nō promereri peccato omnis peccans æternū & perpetuò durantem pœnam. Ut igitur notum faciat DEUS, qvalis qvantusve sit, qvi peccatis offensus est, constituit offensioni gravissimam & diutissimam & sine fine durantem in inferno pœnam. *Quartò* spectari meretur peccatum in toto suo complexu, vel omne qvod peccato comprehenditur. Dicunt *Scholastici Doctores* in peccato duo comprehendi 1. rejectionem boni infiniti & immutabilis, 2. conversionem ad bonum commutabile, scil. ad creaturas; posteriori respectu, ajunt respondere qvoqve pœnam finitam, qvantum ad intentionem, & hinc esse, ut DEUS, qvi punit citra condignum, ipsis damnatis pœnam sensus etiam secundum qvalitates peccatorum infligat, easqve etiam augere possit, qvæ etiam omni dubio procul pro diversitate peccatorum sunt diversæ & inæqvales. Priori respectu peccator rejicit proæretice bonum infinitum, Gratiam ejus, meritum *Christi*, qvod est infiniti valoris & pretii, nec non inhabitationem *Spiritus S.* qvæ qvia sunt infinita & inæstimabilia bona, meritò

ritò etiam ob malitiosam eorum rejectionem æternas sustinet peccator pœnas. Conferatur *Consalvus Durantus Ferettranus.* Animus etiam 5. peccatoris considerandus est. Licet namq; homini peccatori finitus ad delinqvendum præscriptus sit terminus, nec possit ille, licet vel maximè velit, multum temporis in peccatorum cursu pergere, qvi per mortem sæpius opinione citius cum vitâ rumpitur, tendit tamen animus ejus, qvi incorrigibilis & impœnitens est, qviq; non cessat unqvam, sæpius licet admonitus, agere malè, in infinitum: unde et à *Gregorio* dictum est: *Vellent iniqui semper vivere, ut semper possent peccare:* Unde & hoc respectu justum est apud *Deum*, qvi animum respicit, hominem peccatorem puniri supplicio æterno: Imprimis cum voluntas hominis morientis in hoc statu malitiæ in qvo moritur, ita obfirmetur, ut peccatum, perinde ut *Diabolis* deficientibus à Deo, factum est, nunqvam solvatur, adeoq; salvâ Dei justit à necessarium sit, ut cum pœna peccatum insequatur, impii obstinati & incorrigibiles etiam in æternum puniantur. Deniq; 6. status damnatorum hic est, ut nulla ibi locum habeat satisfactio, solutio, pœnitentia.

Consalvus Durantus Episc. Ferettranus *ad lib. 3. Revelat. Brittæ cap. 30. p. m. 298, 199.*

Qvia

Qvia peccatis læditur *infinita Dei justitia* possibile non est ut absq; satisfactione qvis *Deo* reconcilietur. Debitorum eadem exactam reqvirit solutionem. Non applicatur etiam ulli impetrata per passionem *Christi* peccatorum remissio nisi per pœnitentiam veram. Rejecta qvia in sta tu viæ est finaliter satisfactio *Christi*, in qvo solo est salus nostra, & ab inferni pœnâ liberatio, qvænam poterit intermino interponi satisfactio? Nulla omnino nulla; Satisfactio enim, cum exparte *Dei* offensi injuria peccatorum sit infinita, reqviritur infiniti valoris, qvæ cum à purâ ereaturâ præstari non possit, erit ignis inferni, non satisfactorius non purgatorius, qvo emundari qveant damnati à maculis peccati, sed punitorius, adeoq; ob maculas peccatorum æternas deficiente satisfactione, pœna qvoq; æterna erit. Sunt qvoqve pecccata debita & qvidem posthanc vitam insolubilia, cum hæc vita hominibus ad eorum solutionem constituta sit, qvam impetrant morte *Christi* fide verâ apprehensa, qvi solus solvit qvæ nos rapuimus, Præterlapso hoc termino, debita qvis miretur esse insolubilia adeoq; etiam æterna supplicia; unde ab ipso *Dionysio Carthusiano* benedi-

Ps. 69. v. 6. Dionysius Carthusianus serm 1. circa Domin. 22. post. Trinit. f. m 363. b.

dictum est: *Damnati nunquam salubriter pœnitent, unde nec debitum solvunt satisfaciendo pro culpis.* Hæc ille. pœnitentia etiam & applicatio justitiæ & meriti *Christi* non est nisi hujus vitæ, post cujus decursum illa speranda non est. Claditur *virginibus fatuis* temporis jacturam facientibus vitæ janua, nec unqvam illis pulsantibus aperitur iterum. Denegatur *epuloni* in inferno constituto etiam desiderata gutta gratiæ & solatii. *Tertullianus* ait: *Nulla omnino anima potest solatium adipisci, nisi dum in carne crediderit.* Consonat hoc *Chrysostomi*: *Si quando hinc abierimus, nondum consecuti vehementissimam pœnitentiam, manebit nos qviddam acerbius: Nunc tantum vel dentibus frendemus, vel plangemus vel rogabimus infinita, sed ne summo quidem digito paululum qviddam refrigerii destillabit ardentibus nobis, quin eadem audiamus, quæ quondam dives ille, nempe magnum esse hiatum inter nos & vos. Redeamus igitur ad frugem meliorem moneo, dum hic degimus & agnoscamus Dominum, sicut agnoscere fas est. Etenim non est, cur alibi speremus pœnitentiam in inferno constituti, quo in loco pharmacum hoc infirmum est. Hæc Chrysost. Peccatum, inquit, Gregorius M quod hic non corrigitur, ejus venia frustra postulatur*

Tertullian. in lib de Resurrect. Carnis p. m. 50.

Chrysost. T. 5, ep. 5. ad Theodol. apsum f. m. 988. Gregorius M. l. 16 Expos. Moral. in Job. c. 28. p. m. 556, 557.

item,

item, *Quisquis Deum nunc justum non timet, postea invenire non valet misericordem.* Robertus Holkot qvoq; optimè ait: *Poenitentia post mortem impossibilis* est, *quia post mortem desinit esse viator.* Cui jungo hoc *Dionysii Carthusiani: Post mortem non est poenitentiæ locus, sed in quali mentis dispositione videlicet conversione seu aversione quis moritur in eâ æternaliter est mansurus.* Hæc ille- cum *jones* pacis conditiones, qvas prius repudiarant, à *Cyro* reposcerent, dixisse eis apologum tibicinis, qvi ad alliciendos pisces tibiâ cecinerat sed cum nihil proficeret, sagenam misit in mare, multosq; pertraxit qvos cũ palpitantes intueretur: Temperate, inqvit, jamà saltationibus, qvia me canente noluistis saltare. Ad eũdem modũ Deus impios tibiam Prophetarum, Evangelistarum & Apostolorum audire nolentes hamo mortis & judicii capiet, qvorum frustranea & nimis sera tunc erit pœnitentia. Est itaqve damnatorum in inferno perpetua & nunqvam finienda pœna, idemqve omnem miseriam superat qvod non finienda, & qvod nihil habet: at admixtum consolationis. *Habent hic incurabiles & doloriferi morbi aliqua doloris intervalla, cum post* vehementem ac-

Robert, Holkot. in lib. sapient. Lect 144 Dionys. Carthus Dom. 16 post. Trin. serm. 5. f. m 330. b. Herodotus lib. 2. *Herodotus* refert,

accessionem vel frustra remissio exspectetur, vel proximus exitus. Perpetuum exilium non adimit Patriam sed mutat, & plerisq; natale solum reliqvisse usui fuit. Qvi in vinculis coarctantur, aut perfractis claustris evadere aut præsidis miseratione liberari sperant. Qvi cæditur, mutilatur, uritur, in eqvuleo suspenditur, angulis raditur virgis verberatur, cruci affigitur, membratim discerpitur, omnia deniq; qvæ crudeliũ Tyrannorũ furor adinvenit tormenta, in suo ipse corpore excipit, qvantò vehementior dolor est, tantò citius finem afferre doloris confidit, & totum, qvẽ intolerabiliter sustinet, angorem, se morte mox effugiturum gaudet. Soli illi, qvi ad Tartarum relegantur, nihil penitus habere possunt, unde conqviescant, nedum unde gaudeant. Qvis enim illic miserebitur ubi omnes miseri sunt? Qvis consolabitur, ubi omnes lugere, non cessant? Qvando dabitur vel modica tormentorum intermissio, vel ullum levamen, ubi urens ignis nunqvam extinguitur, rodens vermis nunqvam moritur, vexantia dæmonia nullo labore defatigantur, nullâ crudelitate satiantur? Qvis postremò malorum sperari terminus poterit, ubi divini judicii irre-

vo-

vocabilis maledictio in æternum perseverabit. Qvæ sunt verba *Marci Maruli Spalatensis*. Qvantum verò, & qvam horrendum hoc est, in æternum in inferno cruciari? Et utiq; æternitas interminata, nullis finita temporum spaciis & omnem superans humanum intellectum. Qvamvis erit damnatis pœnarum infernalium acerbitas, multò gravior earum diversitas & varietas, omnium autem gravissima interminata æternitas. Nobis longum videtur præsentis mundi senium, qvod tamen sextum millenarium nondum complevit. Qvid sex millia, imò qvid centum millia annorum dixeris, si comparentur æternitati? Concipe tot myriades annorũ, qvot sunt arenæ ad littora maris, qvot sũt stellæ cœli, qvot sunt aqvarum guttæ, qvot sunt folia omnium mundi sylvarum, habebunt tamen illa aliqvando finem suum. Æternitati autem si comparentur nec puncto temporis æqvari merentur, cum post transitum tot myriadum damnati tamen nec cogitare possint punctum aliqvod effluxisse, perinde autem sit, ac si tunc demum esset suppliciorum initium. Veteres dicebant: *finge tibi montem altissimum, excedentem magnitudine sua cœli & terra spacium.* Finge porro volu-

Marcus Marulus Spalatensis lib 6. de Institutis bene vivendi ap. 13. f. 2. 257 b. 58. a.

lucrem, singulo mille annis deportantem ex hoc tam excelso monte granum pulveris tenuissimi. Non poterit quidem homo comprehendere & eloqui terminum, quo futurum sit, ut mons hic solo, per sæpius quolibet millenario annorum iteratam tenuissimi pulveris translationem complanandus vel solo æquandus sit, oportet tamen post innumera & incomprehensibilia annorum millia complanationem illam montis fieri; ast non relinquitur damnatis ulla spes supplicii infernalis minuendi, ne dicam, finiendi. Igitur clámabunt cum magno ejulatu: *ô æternitas, æternitas, tu sola es, quæ ultra modum nostra acuis & exaggeras supplicia!* Si qvis hominum lecto mollissimo æternum teneretur, vel etiam in cœnaculo amplissimo, illi delicatissimi apponerentur cibi, nullus tamen dubito, qvin præ hâc etiam molli & delicatâ vitâ nullam habente vicissitudinem, centies sit electurus mortem, si in ejus arbitrio sit futura optio. Qvid igitur in æternis constituti cruciatibus damnati tunc habebunt animi? Non illis mollis ibi paratus erit lectus, nullæ apponentur ciborum aliorumqꝫ sensuum deliciæ, sed animâ & corpore miserè torqvebuntur. Non deerit qvoqve vermis conscientiæ illos sine fine rodens, non infamia & abomi-

natio, cui erunt expositi, æterna. *Vermis enim*, inqvit, *Esaias, eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. erunt q; nauseæ seu abominationi omni carni;* Surrecturi nam q; sunt ad *opprobria & æternum contemptum* juxta *Danielis* Prophetiam. Vermes in vivo nati corpore hominem radentes, exqvisitos & atroces infernut cruciatus: multò atrociores experientur in inferno cruciatus damnati, qvãdo sine fine illos arrosurus est internus conscientiæ vermis. Gravissima censetur honesto homini pœna, ignominiâ notari civili, & qvale hoc supplicium erit inter tot horrendos æternæ flammæ dolores *Deo, Angelis Sanctis & beatis hominibus* etiam esse opprobrio & abominationi? Tunc miseriæ audientur ejulantium voces: *Væ, Væ, Væ, nobis serò nimis jam dolentibus. Non est bonum nos hic esse.* Ab hisce hactenus recensitis malis cum homo peccator per pœnitentiam liberari penitus qveat, annon extremum dixeris esse stultitiæ & amentiæ opus per incorrigibilem malitiam sese ipsum æternæ objicere miseriæ? Stultitiam videmus *Esavi* hominis profani, jus primo genituræ vendentis panis & lentis edulio: Sunt illo amentiores & stultiores multò, qvi dignitatem, qvam in cœ-

Is. 66. v. 24.

Dan. 12. v. 2.

lo

lo habituri erant, vendunt sæpius pro re minimâ, vilissimâ & spurcissimâ, nec id tantum, sed & æterni sui exitii simul sic sunt caussa. Non puto futurum esse hominem mentis suæ compotem, qvi imperium totius terrarum orbis, omnes mundi thesauros, omnemq; splendorem acceptaturus sit, si offerantur eâ conditione, ut qostqvam hisce ad satietatem usus est, centum annos super exstructum mollibus plumis lectum resupinus blandisq; serico nexibus irretitus jaceat; Et qvænam hæc est hominum amentium phrenesis pro levi voluptaculâ eligere cœlestis golriæ jacturam cum interminabili ignis infernalis supplicio conjunctam? Non sic *Martyr* ille, qvi juvenili ætate florens, inqve amœnissimos abductus hortos sibiq; inter candentia lilia & rubentes rosas, ubi etiam levi murmure aqvarum serpebat rivus, & molli sibilo arborum folia ventus perstringebat, super extructum plumis lectum resupinatus, & blandis serico nexibus irretitus, cunctisq; recedentibus relictus solus, postqvam meretrix accessisset speciosa, delicatis stringens colla amplexibus ut, qvod dictu qvoqve scelus est, manibus attrectans virilia, ut sic corpore in libidinem con-

cl-

citato se victrix impudica superinjiceret, præcisam morsu linguam in osculantis faciem exspuit doloris magnitudine expellens, (instinctu quodam & facto heroico) libidinis sensum, ne quem tormenta non vicerant, expugnaret voluptas, de quo facto videatur post *Hieronymum* etiam *Martyrologium Romanum*; confer exempla alia *Trabulæ* scilicet virginis sacræ apud *Sozomenum*, item *Euphrasiæ* virgini aliarumq; apud *Nicephorũ*, & disce ad exempelum earum) forti animo meditatione pœnarũ consequentium voluptatem contemnere. Et quid quæso, habent iniquorum mentes, quid, inquam, habent veri gaudii mentes *in voluptatibus* ut Gregorius M. loquitur, ita *abreptæ, ut super ipsas sint, non apud ipsas?*

Martyr. Rom 28. Julii p. m. 459 Nicephl. libr. 7. hist. Eccles cap. 13. p. m. 267, 268

FINIS LIBRI PRIMI.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0506
DFG

lucrem, singulu mille
hoc tam excelso monte
nuissimi. Non poteri
prehendere & eloqui
rum sit, ut mons hic so
millenario annorum
pulveris translationem
lo æquandus sit, oporte
ra &, incomprehensi
complanationem illam
relinquitur damnatis
nalia minuendi, ne dic
clamabunt cum ma
tas, æternitas, tu sola
nostra acuis & exagge
hominum lecto mo
neretur, vel etiam i
simo, illi delicatissi
bi, nullus tamen d
etiam molli & delic
bente vicissitudinem
mortem, si in ejus
ptio. Qvid igitur
ti cruciatibus dan
animi? Non illis m
lectus, nullæ appon
rumq; sensuum d
corpore miserè t
deerit qvoqve ver
sine fine rodens, n

...m ex
...is te-
...com-
...futu-
...olibet
...uissimi
...vel se-
...nume-
...millia
...si non
...nfer-
...gitur
...terni-
...modum
...si qvis
...m te-
...mpliss-
...ur ci-
...æ hâc
...n ha-
...cturus
...ura e-
...stitu-
...ebunt
...us erit
...n alio-
...mâ &
Non
...æ illos
...bomi-
na



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730400700/phys_0507
DFG